2 Decis. 1910

(1

Kloos.

CASPARIS KLOCKII
CONSILIORUM
TOMI III.
ET
ADJUNCTORUM
TOMUS UNUS

2 Decis. 1910

(1

Kloos.

CASPARIS KLOCKI
CONSILIORUM
TOMUS III.
ET
ADOPTIVORUM CONSILIORUM
TOMUS UNUS

CASPARIS KLOCKI,
CONSILIORUM
TOMI III.
ET
ADOPTIVORUM CONSILIORUM
TOMUS UNUS.

TOMUS UNUS.

ADOPTIVORUM CONSILIORUM

ET

TOMI III.

CONSILIORUM

CASPARIS KLOCKII

SYNCERE ET CONSTANTER

COMES QUONDAM MINDENS. ET HILDES. NUNC STOLBERG. CANCELLARIUS. Ætat. 65.

CAS. PAR. KLOCK. IC. SACRI PALAT. CÆS.

Hæc KLOCKI *vivum vera sub imagine vultum,*
Os, oculos, frontem sculpta tabella refert.
Sculpti si graphio vegetæ vis enthea mentis
Posset, nil oculi pulchrius aspicerent.
Sol est KLOCKIADES; *heic est vix umbra vel iris,*
Et tamen hæc quantùm luminis iris habet!
Ille per invidiæ perrumpens tela, labore
Herculeo complet Solis utramque domum.

Herman. Gebhardi
P.L.Cæs.

P. Troschel Sculpsit.

Monasterij B. Mariæ Virg: Fürstenfeld.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

CONSILIORUM
CASPARIS KLOCKI,
JC. EMINENTISSIMI,
COM. CÆS. PAL. &c.

STUDIO ET OPERA
COLLECTORUM

Monrij L.M. in **TOMUS I.** Fürstenfeld

IN QUO

SS. Cæs. Majest. Archi-Episcoporum, Electorum,
Archi-Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Civitatum Imperialium, &c.

Reservata, ac Territorialia Superioritatis & Regalium, Primariarum Precum,
Postarum, devolvendarum Appellationum, Salvi-Conductus, Protectionis, & Advocatiæ armatæ, Majoratûs, & Primogenituræ, Tutelarum, & Administrationum Electoralium, Confiscationum, Homagiorum, Lustrationis, & Sequelæ, Albergariarum, Hospitationum, Aperturæ Castrorum & Appositionum militum, Contributionum, Vectigalium, Angariarum & Perangariarum, Venationum, Aucupii, Piscationum, aliaque Terrestria & Fluvialia, nec non Episcopalia, Monasterialia, Patronalia, Decimalia, Novalia, & Alienationem rerum Ecclesiasticarum, aliaque quà Publicam quà Religiosam Pacem concernentia Jura, & Jurisdictionalia continentur:

Omniaque ex D. THOMÆ MERCKELBACHII, D. THOMÆ MICHAELIS, p.m. & suis IPSIUS manuscriptis, hactenus nunquam luci donatis.

Singulari artificio, succinctâ methodo, & accuratâ styli elegantiâ, à paucis JCtis animadversâ, tam dilucidè, nervosè, & argutè explicantur, absolvuntur, explanantur, Præjudiciisque Cameralibus & Rebus Judicatis stabiliuntur, atque ad commodiorem Lectoris usum diversitate Characterum, Argumentis rerum, Epitomis, Summariis, & Indice rerum locupletissimo ita distinguuntur & adornantur,

Ut cuivis Bono labor adhibitus facilè arrideat.

EDITIO SECUNDA CORRECTIOR.

NORIMBERGÆ,
Sumtibus JOHANNIS ANDREÆ, & WOLFGANGI ENDTERI JUNIORIS Hæredum.

Anno CHRISTI M. DC. LXXIII.

INTUITUS FRONTISPICII,

exhibens

RECTI CONSILII REQUISITA.

I. PIETAS.

ENthea sum PIETAS, Solis *fulgore coruſca:*
Cor *monſtrat ſummi* nomina *ſancta* DEI.
More Crucis CHRISTI mihi tenſa eſt dextera utrinque,
& facies cœlum reſpicit, ac animus.
Diſtractus dubiis nil, nil ſine Numine, *præſtat:*
Suumq; Sopho felix regula conſilii.

II. JUSTITIA.

Exemplo firmata DEI *ſum ſacra Themiſtis,*
quæ rerum juſtâ *pondera* lance *tenet.*
Dura manus gladio *vulgi malefacta coërcet,*
inde meum Regis fert diadema *caput:*
Sic vitio pœnas, virtuti præmia pendo:
Conſilii nervus roborat Imperium.

III. ÆQUITAS.

Æqua placet ratio, quæ par, imparque reducit,
conjungens facili, diſſociata, modo.
Quæ ſoror armipotens decernit lege rigoris,
mitigat æqualis dextera amicitia.
Civica ſerta mihi ſolers concordia donat,
grati conſilii formula certa vocor.

IV. CANDOR.

Eminet illuſtris Virtus candore decora,
& tenebras pellit, nubiferosq; dolos.
Hinc pectus ſpeculum *monſtrat, ceu ſcrinia cordis:*
nil tectum aut fictum heîc, quæ latuere, patent.
Illæſus Candor, *noſtræ quoque gloria gentis,*
priſca fides, ſunto lumina conſilii.

V. ERUDITIO.

Io! ſolemnes celebrat Doctrina *triumphos,*
Calcans devictam barbariem pedibus.
Arcadiæ pecudis caput *effert beſtia ſegnis,*
quam liber *&* calamus *vincit & arte necat.*
Exultat victrix lauro *inſignita virenti,*
Palmam conſilii *Muſa venuſta ferat.*

VI. CONSILIUM.

Conſilium *perſona* ſenis *notat*, *èq;* catenâ
Cor *pendens tectos, ſollicitosq; metus.*
Caſ. Ripanell' Iconolog. f. 136. & 284. *Tot vigiles noctes deſignat* noctua: *præſens*
heîc Leo, *præteritum pòſt* lupus, *aufugiens*
Venturumq; canis *tempus, feſtinaq; facta*
Delphinus *decorat ſic* toga *longa virum.*

Applicatio.

Conſilio *celebris commonſtrat* KLOCKIUS *artes*
plures, quàm referunt limina picta typos.

In honorem Excellentiſſ. Dn. Authoris
invenit & expinxit

GEORG-PHILIPPUS HARSDÖRFFER,
Dicaſterii Norici Adſeſſor.

Ad

Ad

SERENISSIMOS ILLUSTRISSIMOSQVE
PRINCIPES ET DOMINOS

DN. CHRISTIANUM
LUDOVICUM

Nonnij B. M. Q. in Fürstenfeld.

ET

DN. GEORGIUM
WILHELMUM,

DUCES BRUNSVICENSES ET LUNEBURGENSES,

DOMINOS SUOS CLEMENTISSIMOS.

TAborum requiem in declivi provectæ ſenectutis itinere ſæpè ſummis votis concupivi; quam tandem jam ſexagenarius virgulâ Divinâ quodammodò me conſecutum eſſe video. Anno quippe milleſimo ſexcenteſimo octavo à Generoſiſſimis Dnn. Comitibus Stolbergenſibus Spirâ Nemetum evocatus, poſteà ab Reverendiſſimo Celſiſſimoque Principe Dn. CHRISTIANO, Poſtulato Epiſcopo Mindenſi, Duce Brunſvicenſi & Luneburgenſi, Patruo veſtro, felicis recordationis, in Epiſcopa Mindenſi, eoque è vivis ſublato, à Patre Dn. GEORGIO Duce, altero Achille Germanico, in Epiſcopa Hildeſienſi ad Reipublicæ gubernacula admotus, & ter tribus in Provinciis officio Cancellariatus functus, poſt varios exantlatos labores integerrimè vivere, ac ſolitaria & velut umbratili vitâ paleſcere mihi conſtitueram. Deprehendi autem verum eſſe proditam ſacris oraculis parœmiam; Humana Conſilia Divinitus gubernari, ut ipſi quidem multa conſtituamus, ſed ea tum demum, ſi DEO viſum fuerit, exitu comprobentur. Vitâ aulicâ relictâ à munere & negocio in otium reſtitutum, & vel ob ætatem

— — tardâ vires adimente ſenectâ
Me quoque donari jam rude tempus erat.

Quid fit? à præmemoratis Illuſtribus & Generoſiſſimis Dnn. Comitibus inter eas perſonas, quæ mancipi vocantur, quaſi relatus, poſtliminiique jure revocatus, in illorum juribus aſſerendis & ſtrenuè defendendis, fidem & opellam meam denuò addixi; & quia Bellonæ procellis & tempeſtatibus undique ſævientibus ob frequentes incurſus, transitus, hoſpitationes, direptionesque militum in Comitatu Weringrodæ diutiùs perennare haut licuit, Brunſvigam, ampliſſimam hujus Ducatus & Saxoniæ inferioris Metropolim, uti in locum tutiorem & ſecuriorem, permiſſu Superiorum, me recepi, & hactenus in cauſis Comitum agendis excutiendisque deſudavi, &, ſi quid mihi ſuperfuit temporis, occupatæ mentis diverticula quærens, aliis ad publicum bonum intentis vigilantibusque curis & cogitationibus liberaliter impendi. Etenim

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulce.

Et ridiculum eſt, quempiam ſubſecivas aut inſomnes horas ita fallere, ut ſeipſum fallat, & cum labore inſaniat. In primis verò hanc animi requiem ne quis mihi vitio verteret, ad honeſtum otium traducere cenſui, &, ut inſtituti mei aliquando rationem reddere poſſem, cœpi nonnullas ex meis manuſcriptis lucubrationibus elimare, ut eas poſtmodum purgatas, interpolatas & perpolitas in lucem darem: ex quibus primùm THOMÆ MERCKELBACHII & THOMÆ MICHAELIS, Conſobrinorum meorum, p. m. (quos

INTUITUS FRONTISPICII,

exhibens

RECTI CONSILII REQUISITA.

I. PIETAS.

ENthea ſum PIETAS, Solis *fulgore coruſca:*
Cor *monſtrat ſummi* nomina *ſancta* DEI.
More Crucis CHRISTI mihi tenſa eſt dextera utrinque,
& facies cœlum reſpicit, ac animus.
Diſtractus dubiis nil, nil ſine Numine, *præſtat:*
Suumq; Sopho felix regula conſilii.

II. JUSTITIA.

Exemplo firmata DEI *ſum ſacra Themiſtis,*
quæ rerum juſtâ *pondera* lance *tenet.*
Dura manus gladio *vulgi malefacta coërcet,*
inde meum Regis fert diadema *caput:*
Sic vitio pœnas, virtuti præmia pendo:
Conſilii nervus roborat Imperium.

III. ÆQUITAS.

Æqua placet ratio, quæ par, imparque reducit,
conjungens facili, diſſociata, modo.
Quæ ſoror armipotens decernit lege rigoris,
mitigat æqualis dextera amicitiæ.
Civica ſerta mihi ſolers concordia donat,
grati conſilii formula certa vocor.

IV. CANDOR.

Eminet illuſtris Virtus candore decora,
& tenebras pellit, nubiferosq; dolos.
Hinc pectus ſpeculum *monſtrat, ceu ſcrinia cordis:*
nil tectum aut fictum heîc, quæ latuere, patent.
Illæſus Candor, *noſtræ quoque gloria gentis,*
priſca fides, ſunto lumina conſilii.

V. ERUDITIO.

Io! ſolemnes celebrat Doctrina *triumphos,*
Calcans devictam barbariem pedibus.
Arcadiæ pecudis caput *effert beſtia ſegnis,*
quam liber *&* calamus *vincit & arte necat.*
Exultat victrix lauro *inſignita virenti,*
Palmam conſilii *Muſa venuſta ferat.*

VI. CONSILIUM.

Conſilium *perſona* ſenis *notat*, *èq;* catenâ
Cor *pendens tectos, ſollicitosq; metus.*
Tot vigiles noctes deſignat noctua: *præſens*
heîc Leo, *præteritum pòſt* lupus, *aufugiens*
Venturumq; canis *tempus, feſtinaq; facta*
Delphinus *decorat ſic* toga *longa virum.*

Caſ. Ripanell' Iconolog. f. 136. & 284.

Applicatio.

Conſilio *celebris commonſtrat* KLOCKIUS *artes*
plures, quàm referunt limina picta typos.

In honorem Excellentiſſ. Dn. Authoris
invenit & expinxit

GEORG-PHILIPPUS HARSDÖRFFER,
Dicaſterii Norici Adſeſſor.

Ad

Ad

SERENISSIMOS ILLUSTRISSIMOSQVE
PRINCIPES ET DOMINOS

DN. CHRISTIANUM
LUDOVICUM

Nonnij B. M. Q. &c Fürstenfeld.

ET

DN. GEORGIUM
WILHELMUM,

DUCES BRUNSVICENSES ET
LUNEBURGENSES,

DOMINOS SUOS CLEMENTISSIMOS.

TAborum requiem in declivi provectæ ſenectutis itinere ſæpè ſummis votis concupivi; quam tandem jam ſexagenarius virgulâ Divinâ quodammodò me conſecutum eſſe video. Anno quippe milleſimo ſexcenteſimo octavo à Generoſiſſimis Dnn. Comitibus Stolbergenſibus Spirâ Nemetum evocatus, poſteà ab Reverendiſſimo Celſiſſimoque Principe Dn. CHRISTIANO, Poſtulato Epiſcopo Mindenſi, Duce Brunſvicenſi & Luneburgenſi, Patruo veſtro, felicis recordationis, in Epiſcopa Mindenſi, eoque è vivis ſublato, à Patre Dn. GEORGIO Duce, altero Achille Germanico, in Epiſcopa Hildeſienſi ad Reipublicæ gubernacula admotus, & ter tribus in Provinciis officio Cancellariatus functus, poſt varios exantlatos labores integerrimè vivere, ac ſolitaria & velut umbratili vitâ paleſcere mihi conſtitueram. Deprehendi autem verum eſſe proditam ſacris oraculis parœmiam; Humana Conſilia Divinitus gubernari, ut ipſi quidem multa conſtituamus, ſed ea tum demum, ſi DEO viſum fuerit, exitu comprobentur. Vitâ aulicâ relictâ à munere & negocio in otium reſtitutum, & vel ob ætatem

— — tardâ vires adimente ſenectâ
Me quoque donari jam rude tempus erat.

Quid fit? à præmemoratis Illuſtribus & Generoſiſſimis Dnn. Comitibus inter eas perſonas, quæ mancipi vocantur, quaſi relatus, poſtliminiique jure revocatus, in illorum juribus aſſerendis & ſtrenuè defendendis, fidem & opellam meam denuò addixi; & quia Bellonæ procellis & tempeſtatibus undique ſævientibus ob frequentes incurſus, transitus, hoſpitationes, direptionesque militum in Comitatu Weringrodæ diutiùs perennare haut licuit, Brunſvigam, ampliſſimam hujus Ducatus & Saxoniæ inferioris Metropolim, uti in locum tutiorem & ſecuriorem, permiſſu Superiorum, me recepi, & hactenus in cauſis Comitum agendis excutiendisque deſudavi, &, ſi quid mihi ſuperfuit temporis, occupatæ mentis diverticula quærens, aliis ad publicum bonum intentis vigilantibusque curis & cogitationibus liberaliter impendi. Etenim

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulce.

Et ridiculum eſt, quempiam ſubſecivas aut inſomnes horas ita fallere, ut ſeipſum fallat, & cum labore inſaniat. In primis verò hanc animi requiem ne quis mihi vitio verteret, ad honeſtum otium traducere cenſui, &, ut inſtituti mei aliquando rationem reddere poſſem, cœpi nonnullas ex meis manuſcriptis lucubrationibus elimare, ut eas poſtmodum purgatas, interpolatas & perpolitas in lucem darem: ex quibus primùm THOMÆ MERCKELBACHII & THOMÆ MICHAELIS, Conſobrinorum meorum, p.m. (quos

--- --- ut fratres, primis exercuit annis
Æmula præcipuæ contentio laudis ---

& quorum

Gloria ad Herculeas innotuit usque columnas,)

Consultationes longo certè studio, assiduâ meditatione, summâque diligentiâ ad perpendiculum elaboratas selegi & exemplo Justiniani (si parva licet componere magnis) ex immensa diffusaque legum copia optuma quæque ac necessaria in pauciſſimos conferentis libros, Pandectasque conficientis, referente Suetonio (*a*) & ipsomet Imperatore (*b*), in unum corpus redegi, illisque quædam Responsa juris, meo Marte conscripta, intexui,

(*a*) *in Julio cap. 44.*
(*b*) *in l. 22. C. de nupt.*

Ceu maculæ incipiunt rutilo miscerier igni. (*c*)

(*c*) *Virgil. 1. Georgic. v. 90.*

Equidem aliquoties veritus sum, mihi objectum iri illud Juvenalis; (*d*)

--- --- miserum est, alienæ incumbere famæ.

(*d*) *Satyr. 2.*

vulgò jactatum de iis, qui cùm ipsi nihil habeant proprium, quod laudem mereatur, ad aliorum laudes (ut claudi ad equum) recurrunt. Quemadmodum Damasippus Horatianus

--- --- aliena negocia curans,
Excussus propriis. --- ---

Curiosum nempe videtur alieno choro pedem imponere, aliorumque partes sibi vendicare, præsertim cùm proximioribus hæredibus meritò in hanc curam cogitationemque fuerit incumbendum, ut hasce suorum prædecessorum, excellentissimorum JCtorum & splendescentium lumina Germaniæ, Consultationes & Relationes procul dubio in hæreditate, maximâ ex parte, repertas, meliori animo ac velut redhostimento ad æternam posteritatis memoriam transferrent. Ideoque haut abs re verebar, ne apud superstites Authorum defunctorum hæredes malam gratiam inirem, &, quæ perdoctè quidem ab illis, at non edendi animo, scripta fuissent, publici juris facerem. Quæ res, cùm periculosæ plenum sit opus aleæ, complures viros & litteris & eruditione celebres (quorum recondita mentis acies multò pretiosiora servat, quàm quæ ab aliis evulgantur) à scribendo plerunque deterruit, quasi religiosum putantes, nihil litteris mandare suaque Opera in publicum non emittere; longè meliùs judicantes, dum judiciorum censuram, ac reprehensionem verentur, in oblivionis obscuritate, umbratili quadam solitudine, antiquorum more Druidum, delitescere, quàm in communem Reipublicæ utilitatem suarum lucubrationum editionem facere. Pernovi quoque, quod sit hominum quorundam supercilium, quæ querela, qui quò pervenire ipsi desperent, eò contendere alios non patiuntur, morbumque animi in convicium egerentes ἐπὶ πρὸς ἄλφια clamitant. Præterea multifaria errata, monstrosæ amanuensium abbreviationes, aliæque vitiositates nunc hiatum, nunc lituram, nunc inconcinnitatem, & molestum verborum ordinem objectantes, me sæpiùs coëgerunt pluteum cædere, (*e*) caput scalpere, ungues mordere, codices abjicere, iterumque in manus sumere, & tamdiu instar Gallinacei Euclionis everrere, revolvere & evolvere, donec tandem omnia squalore, situque chartacei pulveris detersо, pristino nitori & authoritati restituerentur. Ne dicam, quod judicia hominum in hisce distractis tumultuosis temporibus mira & varia sint, atque adeò quidem sæpiùs absurda, ut quidvis ex temeritate sua censere non erubescant. Quin & ea hodiernæ ætatis tempora, ii mores sunt, ut præstet, ex hac mortali vita, tanquam ex contagio & pestilente diversorio, cum Monica, B. Augustini matre, in cœlestem patriam evolare, quàm in tanto rerum præcipitio

(*e*) *Pers. Satyr. 1.*

Sanguineos inter gladios, Martisq; tumultus

ad scribendum & publicandum libros animum appellere. Quæ res? quæ spes? quod in hoc Martio, non artium, sæculo fortunæ solatium? Non chartis ampliùs, sed lacertis, non pennis, sed bipennibus, non atramentario, sed armamentario decertatur; Imperia & sceptra conculcantur, summa Justitiæ Tribunalia ab exteris militibus subvertuntur. Quot milleni millies pagi, oppida & urbes, sensêre exustiones, disturbationes & strages? Fides, Reipublicæ fundamentum & anima, luxatur, Civium opes ad exsecrandos latrones ac sicarios transferuntur, passimque conspicitur, depopulatas urbes, devastatas civitates, eversa mœnia, exinanitas domus, direpta fana, expilata Æraria, proculcatas segetes, abacta pecora, constupratas virgines, destructa oppida, proscripta bona esse, miserosque cives quasi pecudes ad lanienam duci. Trucidantur agricolæ, mœrent domus; Nullus honor honestis literarum studiis: Frigent Typographiæ artesque Opificum, Commercia intercluduntur, metu, luctu & querimoniis complentur omnia: Pauperibus aut jejunandum, aut ad impias confugiendum artes: (*f*) Divites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis, utroque modo miserrimi: Desolatæ matronæ domi sterilescunt: silent leges, ridetur humanitas, nullum habet locum æquitas: religio ludibrio est, sacri & prophani nullum omnino discrimen: corrumpitur omni vitiorum genere juventus: damnant longævitatem suam luctuosi senes. Ad summam; plus malorum sentimus in bello, quàm

(*f*) *Erasm. in Adag. Dulce bellũ inexpertis.*

ullius

ullius sermo possit assequi; publicis malis cottidiè ingravescentibus, mundoque in exitium & totale excidium non eunte, sed ruente. Horret animus profectò, horret præteritas & præsentes calamitates percensere, & quàm omnia tumultibus & seditionibus æstuent, omnia complicum odiis, armisque concluſa miserè agitentur, denique universa Romano-Germanici Imperii machina inteſtini belli procellis deflagret.

Hisce tamen non attentis, haud ignarus, hæredum diversam rationem & conditionem esse, utpote, quorum nonnulli Principum Aulis, Legationibus, aliisque publicis negociis districti, alii peregrinationibus, alii rebus domesticis intenti sint, ab incepto desistere nolui, quin potiùs ob sanguinis animorumque conjunctionem, & contubernium salisque & mensæ consortium Spiræ ad quinquennium contractum, telam orsam pertexere, quæque alii pertexuerunt, diducere, ac Consultationes hasce, quarum gratiâ vadimonium deseri posset, ne vigilantiâ & labore Majorum longè maximo parta, vel incuriâ personarum, vel injuriâ temporum intercidant, judicio delectuque rerum singularum adhibito, inter tot decumanos fluctus in tres Thomos digessi, inque horum Primo seriem Regalium, atque ea, quæ ad Jus Territorii, Superioritatis, omnigenæque Jurisdictionis spectant, consignavi; in Secundo Feudalia, Emphyteutica, Pignoratitia, aliorumque Contractuum & Retractuum, Evictionum, Proprietatis, Possessionis, Usucapionum & Præscriptionum jura; in Tertio Successionum ex Testamento & ab intestato, Legatorum, Fideicommissorum, Substitutionum, Pactorum dotalium, nec non Judiciorum Civilium & Criminalium materiam, aliosque pulchros & miscellos in foro cottidiè occurrentes casus accuratâ methodo consignavi, Breviaria, Argumenta rerum, Epitomes & Summaria cujusvis Consilii dilucidè & perspicuè indicavi, omniaque numeris marginalibus & diversitate characterum distinxi, nonnunquam plura in eundem numerum congessi, & plerunque majusculis & eminentioribus typis præcipua & peculiaria designavi, & denique omnia memorabilia in unum Indicem juxta literarum ordinem eadem operâ & diligentiâ conjeci, quò faciliùs omnia sub aspectum Lectoris veniant: in quo si quis non meam operam, industriamque commendabit, certè & studium animi mei non damnabit. Sanè, nisi amicorum hortamenta & excitamenta ad id audendum perficiendumq; impulissent, rei difidentia vel aliorum impedimentorum occursus evertisset. Videmus hoc minimè novum esse, & in omnibus Academiis contingere nonnunquam, ut summorum Professorum dicta, etiam illis insciis, excipiantur, stylo in ordinem redigantur & promulgentur, ut tandem auctores ipsi sua non ampliùs agnoscant: Quod tamen adeò non iniquè ferunt, ut id totum in discentium & diligentium auditorum vertatur laudem & commendationem. Ecquis ergo frontem feriat, quod ego Sobrinorum meorum (quorum discipulum me profiteor) Consultationes jam inde à triginta annis penitus in meum sanguinem & medullam conversas, debito honore & labore eliminârim, & obscurantem interdum verborum ordinem subduxerim, ac res ipsas desideratis transitionibus illustratas semel & iterum constrinxerim? totumque Fasciculum Argumentis capitum, Summariis & adposito Indice amplificârim?

Nec est, quod quis ideo talia responsa supprimenda, neque pervulganda censeat, ne, quicquid est admirationis in studio juris, id, enunciatis Jurisconsultorum mysteriis, totum reddatur abjectum atque contemptum: quale quid accidisse memorant, postquam Cneus Flavius scriba cornicum oculos confixit, & actionum librum, qui cum legibus & eas interpretandi scientiâ omni penes solum Pontificum Collegium, ut in sacrario quodam custodiebatur, enunciasset: Equidem eum isto quidem metu liberamus, & hoc loco idem valere adserimus, quod Aristotelem Alexandro, Physices editionem ob eandem causam iniquè ferenti, respondisse, Gellius lib. 20. Noct. Attic. cap. 4. refert; ἐυτὸς καὶ ἐκδομένους καὶ μὴ ἐκδομένους: edita hæc esse, & non edita; cùm sint cognobilia tantùm scientibus. Nam & hoc genus monumenta, quasi *Quorum bonorum* Interdicta, sunt: initiatos tantùm juvant, & eos, qui rectè scienterque noverint uti; profanum vulgus à se repellunt.

Opere jam absoluto, cogitanti mihi, cujus patrocinio illud commendarem, Vos ante alios, Illustrissimi Principes, occurristis, quibus multis nominibus primum horum Consiliorum Volumen meritò fuerit consecrandum: Et inter cæteras duæ potissimùm fuerunt causæ; quarum primum locum sibi vendicat absoluta V V. Celsitud. cum Ducali dignitate & præeminentia conjuncta scientia & ingeniorum profunditas, famæque celebritas, quæ vix cœlo capi posse videtur. Quis enim Vobis aptiùs authoritate & dignitatis splendore hosce illustrare poterit? qui inter Illustrissimos sagacissimi, & inter sagacissimos Illustrissimi habemini, quique non solùm nomine & virtutum amplitudine Familiam Vestram majorum imaginibus inclutam longè splendidiorem reddidistis, sed etiam universam Ducatus Provinciam tanto claritatis & coruscantium radiorum lumine perfudistis, ut Vos, tanquam Jovis germina, & duo utrinque Astrææ unita sidera, Vestræque Christianæ educationis virtutes, tanquam Pleja-

Plejades in illuſtribus animabus ſcintillantes, omnes ſuſpiciant, admirentur & colant, ſæpiusque in Conventibus publicis & privatis Optumates & Conſiliarii Vos ea tum facere tum dicere animadvertant, quæ vix adultioris ævi quisquam ingenio aſſequi poſſit. O tempora, tanquam Tempe, mea multò jucundiſſima, cùm Clementiſſimum quondam meum Principem & Dominum GEORGIUM in CHRISTIANO LUDOVICO & GEORGIO WILHELMO Filiis, tanquam in Divinis Naturæ ſpeculis cottidiè intuerer: cùm alacres illos oculos; facies illas liberales; vultus ingenuos; ſtatum illum elegantem; decorum illum habitum; lætam denique corporis pulchritudinem in utroque contemplarer! Nec ullus dubito, quamvis in perilluſtri Divinarum humanarumque rerum faſtigio collati, quin hujus Operis, quod Vobis humillimè offertur, tutelam ſitis ſuſcepturi: Cùm ea ſit V V. Celſitudinum modeſtia, manſuetudo & humanitas, ut nullum, etiam infimæ conditionis, alto aſperoque ſupercilio deſpicere ſoleatis, & Vobis perpetuum ſit, literarum cultores maximo favore ſemper proſequi, eorumque ſtudia pro innata clementia promovere, nutrire, augere & ornare: Et, ut breviter dicam, ſingulares quosdam patronos agitis omnium, quos aliquâ eruditione cum animi morumque dexteritate conjuncta aſperſos adverteritis. Prædicant omnes prudentiam V V. Celſitud. cum incredibili fide, conſtantia, honeſtate, juſtitia, affabilitate, aliisque id genus planè heroicis virtutibus conjunctam & quaſi ferruminatam; quæ & ex eo clareſcit, quod optimis Conſiliariis inſtructi & ſtipati inceditis, qui vel Imperatoris & ſummorum Regum, nedum Electorum, aliorúmve Principum curiis præſidere, officiisque ſuis condignè & condecorè defungi poſſent. Vellem in V V. Celſitud. laudibus contexendis eſſe prolixior, niſi ingenii mei tenuitatem agnoſcerem, ac audaciæ temeritatisque notam ſubire vererer: Neque, ſi vellem, finem oratione facilè aſſequi poſſem; neque ſi poſſem maximè, tamen non deberem, ne & modeſtiſſimis V V. Celſitud. auribus abutar, & in adulationis me ſuſpicionem induam, à qua abeſſe me quàm longiſſimè norunt illi, qui me.

Secunda cauſa, quæ ad id me invitat faciendum, eſt Argumentum ſive materiei raritas & nobilitas, quæ nil, niſi grande ſpirat, arduasque duntaxat & præjudiciales (*a*) circa Regalia & Jura Superioritatis obſervantes controverſias concernit. Quippe magnorum ſtomachorum cibus eſt quicunque de publico Statu, ac Majeſtatis Regaliumque jure diſcurſus. Et ipſa Jurisprudentiæ Politicæ ſcientia Principum ac Magiſtratuum doctrina eſt, omniumque reliquarum Regina & Imperatrix diſciplinarum; quæ non tam ex antiquo Civili Digeſtorum & Codicis jure, quàm Novæ Politiæ ſub HENRICO AUCUPE, primo libertatis Germanicæ authore, (*b*) ejusque filio OTTHONE Magno HENRICO IV. & V. & ſubſequentibus Cæſaribus Germanis exortæ forma, Aurea Bulla, Carolina, Capitulationibus, pragmaticis Imperii ſanctionibus, veteribus & novellis Matriculis, Arreſtis, Aulicis & Cameralibus, jure feudali, Saxonum, Francorum, Pace Conſtantiæ, Gloſſæ, JCtorum, aliorumque Hiſtoricorum teſtimoniis, ampliſſimis Diplomatibus, Confirmationibus, Exemptionibus, Privilegiis & Reſervationibus Cæſarum, nec non Pactis, Receſſibus, Auſtregis, Transactionibus inter ipſosmet Imperii Status initis, Provincialibus Conſtitutionibus, Ordinationibus, Edictis, Bannimentis, Statutis, earumque obſervantia immemoriali & inviolabili, potiſſimùm petenda & deſumenda eſt, quibus, tanquam Tenediâ ſecuri, indiſſolubiles duriſſimarum altercationum nodi feliciter diſſecantur; &, niſi hâc compage etiamnum retineretur Imperium, jampridem ſuâ ipſius mole collapſum, & inteſtino colliſum eſſet diſſidio. In hisce juribus ab interitu vindicandis Melchior Goldaſtus, Fridericus Hortlederus, Erpoldus Lindenbrogus, Author Chronici Spirenſis aliique ſtrenuam navarunt operam, & de noſtra ætate & poſteritate, ſi qua futura eſt, tam præclarè meriti ſunt, ut gratia illis non poſſit reddi æquivalens. Et hoc jus POLITIÆ NOVÆ in apricum proferunt, & in id explanandum & nervosè enucleandum Conſobrini mei tam feliciter cogitationes ſuas defixerunt, ut omnes gemmas & uniones excuſiſſe, omnemque poſteris gloriæ ſegetem præmeſſuiſſe videantur. Conſultationes me hercle dignæ, ut in lucem potiùs prodeant, quàm perpetim in ſcrinio lateant, nihilque publico proſint.

(*a*) *Coler. Conſil. 1. num. 1.*

(*b*) *Carol. Sigon. lib. 7. de Regno Italiæ ſub fin.*

Non fugit me, quod quidam Lecturas & Deciſiones Conſiliorum authoritati præferendam, illisque majorem, quàm his, adſcribendam eſſe fidem autument; Tum, (*c*) quod in comperto ſit, Dd. ex profeſſo jura interpretantes omnia diligentiùs perpendere, digerere, & ſecundùm veritatem auditoribus tradere, quàm qui ex facto conſulti ad poſitas hypotheſes reſponſa dant: Tum, quod videmus creberrimè Dd. conſulentes non ſolùm inter ſe diſſentire, verùm etiam ſæpenumero ſibiipſis contradicere: Tum, quod multum in conſulendo affectionis, inimicitiæ, gratiæ, ne dicam, pecuniæ intercedat; Quæ affectio & nimia animi propenſio in tuendis ſuis opinionibus, & (quod prius eſt) nimia lucri aurique cupiditas & libido, eheu! quot mortalium animas ad inferos protrahit? (*d*)

(*c*) *Mynſ. 6. obſ. 60. n. 3. & 4. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. feud. p. 1. n. 87.*

(*d*) *Crabett. de antiq. tem. p. 1. 5. propoſitum. pr. num. 48.*

Auri

Auri ſacra fames quid non mortalia cogis
Pectora?

Tum denique, quod ea, quæ ab uno duntaxat, (quantumvis præcellenti) JCto, ex uno capite proveniant: At Deciſiones non tantùm ab unius Doctoris, ſed ex pluriúm voto procedant, & rebus, ac difficultatibus omnibus, exactè & perfectè cum partium Advocatis primò diſcuſſis ac ventilatis; deinde inter Auditores ſive Adſeſſores ipſos longo ſtudio ac examine ponderatis; poſtremò cum DEI benigniſſimo auxilio & afflatu maturè determinatis. (a) Hinc Deciſiones Rotarum & Senatorias in terminis præciſis, ſive (ut vulgò loquuntur) terminis terminantibus, uti tutiores, & ſecuriores, omnibus aliis argumentis poſthabitis, omninò attendendas eſſe, paſſim crepant Dd. hac potiſſimùm noſtra tempeſtate, in qua ex controverſo & incerto jure plerunque pendemus, & juris concluſiones difficiles & dubiæ redduntur ob involutas & captioſas cauſidicorum ſubtilitates, ac discrepantium opinionum anfractus (b); adeò, ut Deciſionibus major hodie, quàm legibus & rationibus fides habeatur. (c)

(a) *Franciſc. Merlin. deciſ. Luc. in præfat. ad Lectorem.*

(b) *Alexand. Galban. Conſil. 10. n. 29. Vib. deciſ. 135. n. 5.*

(c) *Galban. conſil. 32. n. 92.*

Ego verò, ut ingenuè & intrepidè dicam, plus Conſiliis, quàm Prælectionibus & Deciſionibus, tribuo. Conſilium namque res prorſus & verè ſacra eſt: Et, teſte Divinâ Scripturâ, Sapientia habitat in Conſiliis. Neque negari poteſt, quòd conſulentes quàm maximè quærendæ veritati intenti ſint, & Conſilia, quæ eduntur, maximis conficiantur laboribus & vigiliis, cùm omnia, quæ in utramque partem diſputari poſſint, juſto apparatu, inſtructisque hinc inde partium copiis quaſi in Proſcenium ad vivum non ſine ſenſu honeſtæ voluptatis proponantur & deducantur à Reſpondentibus, &, quæ veritati omninò conſentanea ſunt, certis legibus, rationibus & autoritatibus comprobentur: Contraria verò apertè diluantur. Hinc fit, ut Judex planè commodiùs per ea inſtruatur ad eligendum partem veriorem, & lites intricatiſſimas feliciùs enodet, cùm ex dictis Reſponſis ea cogitare prudenter & definire certò queat, quæ ipſe aliàs, ſi ſalutaribus ejus generis monitis foret privatus, nunquam vidiſſet: aut ſaltem non tot rationibus ac documentis adſtruere, nec, ſi vel juris peritiſſimus eſſet, propter occupationes tamen, quibus ſæpiſſimè diſtrahuntur judicantes, ea omnia colligere, & in promptu ſtatim habere potuiſſet, quæ longo ſtudio alii, ac multis laboribus conquiſita ediderunt. Porrò cùm ſemper Africa aliquid adportet novi, & juris conditio, ut inquit Imp. Juſtinianus, in infinitum decurrat, nec minùs ac ipſa Natura novas ſubinde formas edat; quis, quæſo, non videt, ſi decidenda occurrat nova aliqua facti ſpecies, id multò promptiùs & majori cum dignitate è noſtrorum JCtorum reſponſis, quàm Lecturis aut ſolis legibus dijudicari ac explanari poſſe? Nam cùm de nova aliqua quæſtione JCto reſpondendum eſt, ſummo ſtudio diligentiaque hinc illinc omnia ſcrutatur, omnia ſimilia colligit, rationes dubitandi & decidendi, cauſas, verba & ſenſus diſponentium conquirit, quid ſit æquum aut iniquum, juſtum, aut injuſtum, legibus conveniat, vel non, vel cum iisdem litem pugnamque exerceat, ſingillatim perluſtrat; omnia denique contemplatur, rimatur, ruminatur & collata inter ſe examinis quadam lance perpendit, eum in finem, ut veram, quam inquirit, juſtitiam inveniat, inventam ſcriptis mandet, & ad poſteros usque propaget, ut & ipſi eo pacto, ſi non easdem, quod nec poſſe fieri videtur, ſimiles ſaltem quæſtiones intelligant & dextrè terminare ſciant. Quo commodo certè carendum foret, ſi tot prudentum reſponſa non fuiſſent evulgata.

Accedit, quòd Juris Interpretes circa Theoriam in Scholis ut plurimùm occupati, univerſalia duntaxat tractant, ad ſpecialia rarò deſcendunt: cùm Jurisconſulti tamen ſcientia non tàm inferendo, argumentando, Syllogiſmos conficiendo more Philoſophorum, quàm legum uſu atque applicationibus, JCtorum veterum ſententiis ac reſponſis, Imperatorum ac Regum juſſis decretisque colligendis coacervandisque alatur & conſervetur. Atque hinc de jure reſpondentis cogitatio tota non modò Theoriam, ſed Praxin ipſam præcipuè ſpectat, & id agit, ut leges & univerſalia illa Theoremata facti ſpeciem, quam præ manibus habet, tàm commodè applicet; & quod ratio ac æquitas poſtulat, quod prudentum Conſilia, quod mores & conſuetudines populorum receperunt atque approbarunt, tàm adpoſitè adducat, ut quæ in rebus dubiis aut ſtatuit aut definit prudens, ex veterum illorum JCtorum ore profluxiſſe, & ad eam cauſam feliciter terminandam facta videantur. Quod quidem ut laborioſi, ſic fructuoſi cum primis, imò neceſſarii operis eſt, cùm, authore Baldo, virtus jurisprudentis tota in applicatione univerſalium ad particularia conſiſtat. Et quis quæſo auguſtiſſimo JCti nomine cenſendum exiſtimet, niſi quem nobiliſſima artis colophon, USUS conſummaverit? Hic eſt enim finis, in quem univerſum Jurisprudentiæ ſtudium intenditur, ex quo profectus expectatur omnis. Uſus ac forum, ſi Livio credendum eſt, graviſſimus eſt legum omnium ac opinionum cenſor & explorator, ac, ut inquit Tullius, omnium Magiſtrorum præcepta ſuperat. Tunc enim ſe leges ac JCto-

rum

rum placita diligenter audiviſſe, tunc veras eorum rationes perfectè percepiſſe, tunc multa accuratè lectitaſſe quis ſentiet, cùm ex umbra in Solem, è tectis in pulverem forenſem deſcenderit, atque ad uſum ac exercitationem ea ducere noverit, quæ didicerit in Scholis, & priùs cognitione perceperit. Nam uſus & tractatio cauſarum multa, quæ obſcura in nuda contemplatione videbantur, illuminat, multa, quæ negligebantur, excutit, atque innumera parit documenta, quibus doceamur bonum à malo ſeparare, honeſtum à turpi ſecernere, diſtinguere ab iniquo æquum & dextrè tractare illa tela, quæ in Scholis paravimus, quæque, niſi uſus accederet, nobis inutilia forent, non ſecus, ac ſi militi multa eſſent armorum genera parata, quibus uti neſciret. Atque hinc fit, ut is duntaxat juris prudens omnem laudis & gloriæ punctum ſuſtuliſſe videatur, qui veram, quæ in rebus publicis adminiſtratur, juſtitiam; veram, quæ in curiis & judicium ſubſelliis pronunciatur, ſententiam; verum denique, quod in Conſultationibus, judicum facillimè declarare, atque ita omnia, quæ didicit priùs, amuſſitatè & inculpatè foro coaptare ſciverit. Quò etiam fit, ut quò major fructus & utilitas ex Reſponſis percipitur, eò majore laude dignus ſit, qui ea omni labore atque diligentiâ congerit, & ad communem utilitatem evulgat.

In primis autem ejusmodi Reſponſa prudentum evulgata his præcipuè lectu cenſentur utiliſſima, qui ad Lauream Doctoralem nuper evecti, è Schola in forum, & è gymnaſiis in agmen præliumque publicum proſiliunt. Hi enim ſi contemplationi tantùm inſudarunt, in interpretationibus legum perpetuò verſati, cùm ad forenſes actiones tranſeunt, in omnibus non rarò hæſitare ſolent, & ad propoſitas factorum ſpecies, & caſuum diverſitates reſpondere neſciunt: & plerunque vel à cauſidicis ipſis ut inepti videntur: cùm ſi in horum Conſiliorum lectione plurimum temporis conſumſerint, rabularum fraudes & captiones è medio tollere, & ambigua cauſarum facta dirimere rectiſſimè ſciant. Quin & hoc commodum ex lectione Neotericorum paratur, quod plerique Dd. à Reſpondentibus ſimul & ſemel in medium deducuntur; quæ & ipſi maximis laboribus & præſtanti ingenio, ex omnimoda lectione, diligentiſſimaque omnium majoris momenti controverſiarum obſervatione compoſuerunt: quibus omnibus uno intuitu is perfruitur, qui ad Conſilia & Reſponſa JCtorum confugit & ibidem res manifeſtè deprehendit enucleatas. (a)

(a) *Ludov. Zunt. in reſp. pro uxore num. 858.*

Non moror ea, quæ pro contraria opinione ſtabilienda ſuprà adducta ſunt. Nam Primò negatur, in Lecturis omnia diligentiùs digeri, & quaſi in librili perpendi: (b) In Reſponſis enim majorem prudentiam, magis ſolidum ingenium, emunctius & ſubactius judicium, & accuratiorem diligentiam perſpici, quàm in Commentariis & interpretationibus, quandoque argutiarum & inanium ſubtilitatum plenis, in propatulo eſt: Cujus rei rationem hanc reddit Tiberius Decianus (c), quod plures ex cathedra docentes, inutilem quandam pompam ſpectant, & vanum thraſoniſmum ad aucupandam ingenii & ſubtilitatis famam. Scholæ enim ſunt veluti ſcena & theatrum quoddam, in quo docentes majori faſtu ſe exercent, & audientium numero excitati, multa ſæpè ſtatuunt paradoxa, ut ſubtiles & ingenioſi habeantur atque ideo ſtudio contradicendi multùm utuntur cavillis & ſophiſticis argumentationibus, quibus receptas jam conentur evertere ſententias; quaſi pudeat cum cæteris convenire, & nihil verum ſit, quod non novum, palmarium etiam reportaſſe putantes, ſi quid argutius & ab aliis non excogitatum, quantumvis falſum & abſurdum, dixerint. Et profectò multa ſunt, (inſurgit ulteriùs Decianus) quæ ſuadent potiùs Reſponſis credendum, quàm Commentariis, & præ cæteris conſcientiæ reſpondentium remorſus, ne ſcilicet malo ſuo conſilio juri alicujus præjudicent: Nemo enim præſumitur immemor ſalutis æternæ. (d) Quid enim prodeſſe poteſt homini, ſi univerſum lucretur mundum; animæ verò detrimentum patiatur? aut quid dabit homo in commutationem pro anima ſua? (e)

(b) *Gellius lib. 20. c. 1.*

(c) *In Apolog. pro Juriſpr. adv. Alciatum t. 10. n. 27.*

(d) *l. fin. C. ad L. Jul. repetund. c. ſancimus. 1. q. 7.*

(e) *Marc. 8. in fin.*

Secundò, eſto, alia atque alia Reſponſa, aut propter rationes differentes, aut aliam cauſam ab aliis Conſiliis non nihil deviare, tamen inde Conſiliorum authoritati, utilitati & jucunditati nihil decedit, multòque minùs exinde arguitur, illa Lecturis poſtponenda. Quinimò circumſtantiæ in facto occurrentes ipſam deciſionem variant, & jus mutant, modicumque fermentum totam inficit maſſam. (f) Hinc JCti in Digeſtis non otiosè, ſed, ut ſibi probè caveant, haud rarò hanc clauſulam adjiciunt; *ſecundùm ea, quæ præponuntur.* (g) Sancti viri in exponendis S. Scripturæ dictis quoties ſibi contraveniunt, vel contravenire videntur, aut diverſis explicationibus ſe expediunt? Sanè vel tredecim diverſæ ſanctiſſimorum Patrum & Theologorum expoſitiones in locum *1. Cor. 15. v. 29.* occurrunt. Iſtud *Gen. 6. v. 4.* aliter exponit Origenes, quemadmodum in Catena Græca Octoteuchi refert Gennadius, aliter Theodoretus, qui Origenis ſententiam, ſuppreſſo tamen nomine, improbat, *Quæſt. 48. in Gen* aliter Ambroſius *lib. 1. de Noacho & arca cap. 4.* aliter Auguſtinus *in Quæſt. in Gen. q. 3.* ut Juſtinum Martyrem

(f) *Mynſ. Decad. 1. reſp. 59. n. 3.*

(g) *l. 25. §. 1. ff. de lib. & poſthum. l. fin. §. fin. ff. de pign. act. cum ſimilib.*

rem in Apologia ad Senatum, Clementem Alexandrinum, Euſebium Cæſarienſem, & alios haut laudemus. Iſtud latini interpretis: *Erit firmamentum in terra, in ſummis montium Pſal. 72. verſ. 16.* quàm diverſimodè explicatur? Auguſtinus refert ad CHRISTUM, in quo omnes promiſſiones firmatæ ſint: Theodoretus ad Chriſtianos, qui in CHRISTO firmati ſint: Nonnulli ad Euchariſtiam; Hieronymus in Comment. Magnum terræ labenti attulit ejus adventus firmamentum. Arnobius, ſive ille idem author eſt librorum adverſus gentes, ſive (quod verifimilius) alius aliquis antiquus: Erit firmamentum in terra corporum noſtrorum, non in convalle fletus, ſed in ſummis montium. Imò quoties contradicendo ſibi invicem equuleum poſuiſſe videntur Patres & Theologi? Equidem B. Auguſtinus in controverſia de ſimulatione Petri contradicentem habuit Hieronymum, qui octo Patrum antiquorum authoritate ſtipatus tandem triumphabat, de quo videatur Auguſtinus ipſe *Epiſt. 19. ad Hieron. epiſt. 48. & 111.* Idem Auguſtinus non obſcurè Tertullianum de caſtitate & monogamia, Hieronymum adverſus Jovinianum refutat *in lib. de bono Conjugii cap. 8.* & deinceps.

Apud Judæos variis ſæpè velitationibus conflictati ſunt Phariſæi & Judæi; apud Philoſophos factiones & familiæ Stoicorum, Epicureorum, Academicorum complurium; apud Chriſtianos primi ſæculi Apollinei, Pauliani, Petrei, & poſterioribus ſæculis Arriani, Macedoniani, Marcionei, Neſtoriani, Eutychiani, & ſexcenti alii. Et, ut cæteras diſciplinas omittam, olim quoque inter ipſos Jurisconſultos variæ ſectæ exſtiterunt, dum alii Sabiniani & Caſſiani, alii Proculejani & Pegaſiani audiri maluerunt. (a) Etenim naturalis hominum ad diſſentiendum eſt facultas & promptitudo, ſecundùm illud Comici *Act. 2. ſcen. 2.* ubi ex tribus Conſultoribus unus ait, alter negat, tertius dubitat, dum amplius deliberandum cenſet. Bellè Taubmannus:

Cuiq; ſuum caput eſt, ut pileus: approbat Hermes,
Improbat Herminius, nec idem placet omnibus unquam.

(a) *l. 1. in fin. ff. de Orig. jur. Emund. Merillius l. 4. obſ. c. 2.*

Et Palingenius:

Nec quisquam, quod non placeat ſibi, judicat æquum.

Scilicet hoc ipſum eſt, de quo etiam conqueruntur interpretes noſtri ſæpiſſimè, quod nunquam deficiat. (b) Et etiamnum cottidie experimur, quod hic leges ſuo modo ad caſum de novo emergentem applicare ſtudeat, alius contrà easdem leges vel planè non quadrare, vel ad deciſionem non ſufficere, imò contrarium ex alia lege ſtatuendum videri contendat. Quæ ſententiarum varietas id quoque apud Practicos effecit, ut non tantùm JURECONSULTUS conſilium ſuggerens in hoc ambiguo nimis variantium opinionum conflictu veniam mereatur, ſi quando perperam conſul erit: Sed & ipſe JUDEX excuſatus ſit, ſi ſuper re in litem deducta minùs commodam tulerit ſententiam. (c)

(b) *Franciſc. Munnoz de Eſcobar de Ratiocin. c. 26. n. 44.*

(c) *Decian. in d. Apol. c. 21. n. 12.*

TERTIO, ſi quis malis affectibus corruptus, aliáve pravitate ductus, non modò contra ſeipſum, ſed & adversùm Jus reſponderit, ſynceri & probi JCti nomen perdit. Abuſus ſiquidem eſt in improbo Conſulente, qui non tollit uſum:

Uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

Et quod homini, non rei; quod artifici, non arti; quod vitio, non naturæ imputandum eſt. Nulla enim eſt ars, nulla tàm ſancta diſciplina, quâ mali homines abuti non poſſint, illamque ſophiſticis cavillationibus perturbare. Unde pecunia ſæpè eſt periculum avarorum & talium poſſidentium; everſio virtutum; malus dominus; ſervus proditor; ſui amantem, tanquam tortor excrucians. Et accidentia divitiis vitia illa in Evangelio VÆ divitibus adſcribunt: Ambitionem dico & gloriam, & ſæculi ſtudium, & DEI incuriam, per quæ VÆ merentur iſti à DEI creatore.

(d) *Knichen in Comment ad Jus Sax. fol. 280. Munnoz tr. de Ratioc. tom. 2. c. 13. in fin. Hondedeus conſil 74 n. 58. vol. 1. (e Jac. à Sqa de Primog. n. 55. (f) Richar. conſ. 59. n. 8. & ſeqq. t. 2. (g) Knich. de pact. veſtit. p. 1. c. 1. n. 111 (h) Alber. Gent. diſp. de jur. Can. c. 2 p. 20. Peregr. conſil. 49. lib. 3.*

DECISIONES quod attinet, ſi juris civilis ratione & æquitate ſapientiſſimo temperamento mixtæ ſint, ſuum illis locum relinquo. Non tamen tanta eſt Auditorum Rotæ opinio, quanta Pytagoræ apud Pytagoricos fuit, ut nullus non ſatis putet eſſe dicere: *Rota definivit*: (d) Nam facti mutatio etiam minima diverſam ſententiam depoſcit, & lubricum à Præjudicio ſive Deciſione alicujus cauſæ ducitur argumentum; nec cordatus Judex ejusmodi Deciſiones & ſententias ſequitur, niſi rationem habeant; Quod cùm facit, non ſequitur eas, quia judicatum, ſed quia jus & ratio volunt. (e) Hinc eſt, ut Cameræ Imperialis præjudicia ſæpè ſint contraria; (f) & quod Rota quandoque rotet, ſicut dixit Cafarallus Advocatus Romanus, quem ex Carocio recitat Knichen: (g) ac proinde non rarò Rota ſoleat reprobari. (h)

Ex quibus omnibus & ſingulis Sole meridiano clariùs eluceſcit, Conſiliorum authoritatem Lecturis & Deciſionibus anteſtare, & ex illis majorem, quàm hisce, utilitatem percipi.

Quod poſtremò reliquum eſt, Celſitud. VV. me exhibeo devotiſſimum clientulum, non cum munere, more Parthorum, auro gemmisque prædivite (ſcio enim, Celſitud. VV. hujus ſortis munera deſpicere & odio habere) ſed chartaceo, & hoc veluti para-

rum placita diligenter audiviſſe, tunc veras eorum rationes perfectè percepiſſe, tunc multa accuratè lectitaſſe quis ſentiet, cùm ex umbra in Solem, è tectis in pulverem forenſem deſcenderit, atque ad uſum ac exercitationem ea ducere noverit, quæ didicerit in Scholis, & priùs cognitione perceperit. Nam uſus & tractatio cauſarum multa, quæ obſcura in nuda contemplatione videbantur, illuminat, multa, quæ negligebantur, excutit, atque innumera parit documenta, quibus doceamur bonum à malo ſeparare, honeſtum à turpi ſecernere, diſtinguere ab iniquo æquum & dextrè tractare illa tela, quæ in Scholis paravimus, quæque, niſi uſus accederet, nobis inutilia forent, non ſecus, ac ſi militi multa eſſent armorum genera parata, quibus uti neſciret. Atque hinc fit, ut is duntaxat juris prudens omnem laudis & gloriæ punctum ſuſtuliſſe videatur, qui veram, quæ in rebus publicis adminiſtratur, juſtitiam; veram, quæ in curiis & judicium ſubſelliis pronunciatur, ſententiam; verum denique, quod in Conſultationibus, judicum facillimè declarare, atque ita omnia, quæ didicit priùs, amuſſitatè & inculpatè foro coaptare ſciverit. Quò etiam fit, ut quò major fructus & utilitas ex Reſponſis percipitur, eò majore laude dignus ſit, qui ea omni labore atque diligentiâ congerit, & ad communem utilitatem evulgat.

In primis autem ejusmodi Reſponſa prudentum evulgata his præcipuè lectu cenſentur utiliſſima, qui ad Lauream Doctoralem nuper evecti, è Schola in forum, & è gymnaſiis in agmen prælіumque publicum proſiliunt. Hi enim ſi contemplationi tantùm inſudarunt, in interpretationibus legum perpetuò verſati, cùm ad forenſes actiones tranſeunt, in omnibus non rarò hæſitare ſolent, & ad propoſitas factorum ſpecies, & caſuum diverſitates reſpondere neſciunt: & plerunque vel à cauſidicis ipſis ut inepti videntur: cùm ſi in horum Conſiliorum lectione plurimum temporis conſumſerint, rabularum fraudes & captiones è medio tollere, & ambigua cauſarum facta dirimere rectiſſimè ſciant. Quin & hoc commodum ex lectione Neotericorum paratur, quod plerique Dd. à Reſpondentibus ſimul & ſemel in medium deducuntur; quæ & ipſi maximis laboribus & præſtanti ingenio, ex omnimoda lectione, diligentiſſimaque omnium majoris momenti controverſiarum obſervatione compoſuerunt: quibus omnibus uno intuitu is perfruitur, qui ad Conſilia & Reſponſa JCtorum confugit & ibidem res manifeſtè deprehendit enucleatas. (*a*)

(*a*) *Ludov. Zunt. in reſp. pro uxore num. 858.*

Non moror ea, quæ pro contraria opinione ſtabilienda ſuprà adducta ſunt. Nam Primò negatur, in Lecturis omnia diligentiùs digeri, & quaſi in librili perpendi: (*b*) In Reſponſis enim majorem prudentiam, magis ſolidum ingenium, emunctius & ſubactius judicium, & accuratiorem diligentiam perſpici, quàm in Commentariis & interpretationibus, quandoque argutiarum & inanium ſubtilitatum plenis, in propatulo eſt: Cujus rei rationem hanc reddit Tiberius Decianus (*c*), quod plures ex cathedra docentes, inutilem quandam pompam ſpectant, & vanum thraſoniſmum ad aucupandam ingenii & ſubtilitatis famam. Scholæ enim ſunt veluti ſcena & theatrum quoddam, in quo docentes majori faſtu ſe exercent, & audientium numero excitati, multa ſæpè ſtatuunt paradoxa, ut ſubtiles & ingenioſi habeantur atque ideo ſtudio contradicendi multùm utuntur cavillis & ſophiſticis argumentationibus, quibus receptas jam conentur evertere ſententias; quaſi pudeat cum cæteris convenire, & nihil verum ſit, quod non novum, palmarium etiam reportaſſe putantes, ſi quid argutius & ab aliis non excogitatum, quantumvis falſum & abſurdum, dixerint. Et profectò multa ſunt, (inſurgit ulteriùs Decianus) quæ ſuadent potiùs Reſponſis credendum, quàm Commentariis, & præ cæteris conſcientiæ reſpondentium remorſus, ne ſcilicet malo ſuo conſilio juri alicujus præjudicent: Nemo enim præſumitur immemor ſalutis æternæ. (*d*) Quid enim prodeſſe poteſt homini, ſi univerſum lucretur mundum; animæ verò detrimentum patiatur? aut quid dabit homo in commutationem pro anima ſua? (*e*)

(*b*) *Gellius lib. 20. c. 1.*

(*c*) *In Apolog. pro Juriſpr. adv. Alciatum c. 10. n. 27.*

(*d*) *l. fin. C. ad L. Jul. repetund. c. ſancimus. 1. q. 7.*

(*e*) *Marc. 8. in fin.*

Secundò, eſto, alia atque alia Reſponſa, aut propter rationes differentes, aut aliam cauſam ab aliis Conſiliis non nihil deviare, tamen inde Conſiliorum authoritati, utilitati & jucunditati nihil decedit, multòque minùs exinde arguitur, illa Lecturis poſtponenda. Quinimò circumſtantiæ in facto occurrentes ipſam deciſionem variant, & jus mutant, modicumque fermentum totam inficit maſſam. (*f*) Hinc JCti in Digeſtis non otiosè, ſed, ut ſibi probè caveant, haud rarò hanc clauſulam adjiciunt; *ſecundùm ea, quæ præponuntur.* (*g*) Sancti viri in exponendis S. Scripturæ dictis quoties ſibi contraveniunt, vel contravenire videntur, aut diverſis explicationibus ſe expediunt? Sanè vel tredecim diverſæ ſanctiſſimorum Patrum & Theologorum expoſitiones in locum *1. Cor. 15. v. 29.* occurrunt Iſtud *Gen. 6. v. 4.* aliter exponit Origenes, quemadmodum in Catena Græca Octoteuchi refert Gennadius, aliter Theodoretus, qui Origenis ſententiam, ſuppreſſo tamen nomine, improbat, *Quæſt. 48. in Gen* aliter Ambroſius *lib. 1. de Noacho & arca cap. 4.* aliter Auguſtinus *in Quæſt. in Gen. q. 3.* ut Juſtinum Martyrem

(*f*) *Mynſ. Decad. 1. reſp. 59. n. 3.*

(*g*) *l. 25. §. 1. ff. de lib. & poſthum. l. fin. §. fin. ff. de pign. act. cum ſimilib.*

rem in Apologia ad Senatum, Clementem Alexandrinum, Euſebium Cæſarienſem, & alios haut laudemus. Iſtud latini interpretis: *Erit firmamentum in terra, in ſummis montium Pſal. 72. verſ. 16.* quàm diverſimodè explicatur? Auguſtinus refert ad CHRISTUM, in quo omnes promiſſiones firmatæ ſint: Theodoretus ad Chriſtianos, qui in CHRISTO firmati ſint: Nonnulli ad Euchariſtiam; Hieronymus in Comment. Magnum terræ labenti attulit ejus adventus firmamentum. Arnobius, ſive ille idem author eſt librorum adverſus gentes, ſive (quod verifimilius) alius aliquis antiquus: Erit firmamentum in terra corporum noſtrorum, non in convalle fletus, ſed in ſummis montium. Imò quoties contradicendo ſibi invicem equuleum poſuiſſe videntur Patres & Theologi? Equidem B. Auguſtinus in controverſia de ſimulatione Petri contradicentem habuit Hieronymum, qui octo Patrum antiquorum authoritate ſtipatus tandem triumphabat, de quo videatur Auguſtinus ipſe *Epiſt. 19. ad Hieron. epiſt. 48. & 111.* Idem Auguſtinus non obſcurè Tertullianum de caſtitate & monogamia, Hieronymum adverſus Jovinianum refutat *in lib. de bono Conjugii cap. 8.* & deinceps.

Apud Judæos variis ſæpè velitationibus conflictati ſunt Phariſæi & Judæi; apud Philoſophos factiones & familiæ Stoicorum, Epicureorum, Academicorum complurium; apud Chriſtianos primi ſæculi Apollinei, Pauliani, Petrei, & poſterioribus ſæculis Arriani, Macedoniani, Marcionei, Neſtoriani, Eutychiani, & ſexcenti alii. Et, ut cæteras diſciplinas omittam, olim quoque inter ipſos Jurisconſultos variæ ſectæ exſtiterunt, dum alii Sabiniani & Caſſiani, alii Proculejani & Pegaſiani audiri maluerunt. (a) Etenim naturalis hominum ad diſſentiendum eſt facultas & promptitudo, ſecundùm illud Comici *Act. 2. ſcen. 2.* ubi ex tribus Conſultoribus unus ait, alter negat, tertius dubitat, dum amplius deliberandum cenſet. Bellè Taubmannus:

Cuiq; ſuum caput eſt, ut pileus: approbat Hermes,
Improbat Herminius, nec idem placet omnibus unquam.

(a) *l. 1. in fin. ff. de Orig. jur. Emund. Merillius l. 1. obſ. c. 2.*

Et Palingenius:

Nec quisquam, quod non placeat ſibi, judicat æquum.

Scilicet hoc ipſum eſt, de quo etiam conqueruntur interpretes noſtri ſæpiſſimè, quod nunquam deficiat. (b) Et etiamnum cottidie experimur, quod hic leges ſuo modo ad caſum de novo emergentem applicare ſtudeat, alius contrà easdem leges vel planè non quadrare, vel ad deciſionem non ſufficere, imò contrarium ex alia lege ſtatuendum videri contendat. Quæ ſententiarum varietas id quoque apud Practicos effecit, ut non tantùm JURECONSULTUS conſilium ſuggerens in hoc ambiguo nimis variantium opinionum conflictu veniam mereatur, ſi quando perperam conſul erit: Sed & ipſe JUDEX excuſatus ſit, ſi ſuper re in litem deducta minùs commodam tulerit ſententiam. (c)

(b) *Franciſc. Munnoz de Eſcobar de Ratiocin. c. 26. n. 41.*

(c) *Decian. in d. Apol. c. 21. n. 12.*

TERTIO, ſi quis malis affectibus corruptus, aliáve pravitate ductus, non modò contra ſeipſum, ſed & adversùm Jus reſponderit, ſynceri & probi JCti nomen perdit. Abuſus ſiquidem eſt in improbo Conſulente, qui non tollit uſum:

Uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

Et quod homini, non rei; quod artifici, non arti; quod vitio, non naturæ imputandum eſt. Nulla enim eſt ars, nulla tàm ſancta diſciplina, quâ mali homines abuti non poſſint, illamque ſophiſticis cavillationibus perturbare. Unde pecunia ſæpè eſt periculum avarorum & talium poſſidentium; everſio virtutum; malus dominus; ſervus proditor; ſui amantem, tanquam tortor excrucians. Et accidentia divitiis vitia illa in Evangelio VÆ divitibus adſcribunt: Ambitionem dico & gloriam, & ſæculi ſtudium, & DEI incuriam, per quæ VÆ merentur iſti à DEI creatore.

(d) *Knichen in Comment. ad Jus Sax. fol. 180. Munnoz tr. de Ratioc. tom. 2. c. 13. in fin. Hondedeus conſil. 74. n. 58. vol. 1.*

DECISIONES quod attinet, ſi juris civilis ratione & æquitate ſapientiſſimo temperamento mixtæ ſint, ſuum illis locum relinquo. Non tamen tanta eſt Auditorum Rotæ opinio, quanta Pytagoræ apud Pytagoricos fuit, ut nullus non ſatis putet eſſe dicere: *Rota definivit*: (d) Nam facti mutatio etiam minima diverſam ſententiam depoſcit, & lubricum à Præjudicio ſive Deciſione alicujus cauſæ ducitur argumentum; nec cordatus Judex ejusmodi Deciſiones & ſententias ſequitur, niſi rationem habeant; Quod cùm facit, non ſequitur eas, quia judicatum, ſed quia jus & ratio volunt. (e) Hinc eſt, ut Cameræ Imperialis præjudicia ſæpè ſint contraria; (f) & quod Rota quandoque rotet, ſicut dixit Cafarallus Advocatus Romanus, quem ex Carocio recitat Knichen: (g) ac proinde non rarò Rota ſoleat reprobari. (h)

(e) *Jac. à Sqa de Primog. n. 55.*

(f) *Richar. conſ. 59. n. 8. & ſeqq. t. 2.*

(g) *Knich. de pact. veſtit. p. 1. c. 1. n. 111*

(h) *Alber. Gent. diſp. de jur. Can. c. 2 p. 20. Peregr. conſil. 49. lib. 3.*

Ex quibus omnibus & ſingulis Sole meridiano clariùs eluceſcit, Conſiliorum authoritatem Lecturis & Deciſionibus anteſtare, & ex illis majorem, quàm hisce, utilitatem percipi.

Quod poſtremò reliquum eſt, Celſitud. VV. me exhibeo devotiſſimum clientulum, non cum munere, more Parthorum, auro gemmisque prædivite (ſcio enim, Celſitud. VV. hujus ſortis munera deſpicere & odio habere) ſed chartaceo, & hoc veluti para-

parario ac hoſtimento ſpero me gratiam conciliaturum. Quid enim ad amorem in animis hominum excitandum Virtutis pulchritudine valentius? quid benevolentiâ ab ejusdem nitore potiſſimùm profectâ firmius & ſanctius? quæ ſenio non conficitur, nec ſqualore corrumpitur. Et profectò ſi callidi rerum æſtimatores agros magno æſtimant, quia his pignoribus minùs noceri poſſe credunt, quantò æſtimanda eruditio, quæ nec incendio eripitur, nec naufragio abſorbetur & inter ipſas regnorum concuſſiones ac motus inconcuſſa manet.

DEUS Opt. Max. omnia Celſitud. VV. deſideria feliciter impleat, easque incolumes ſervet, longævamque vitam, ſenectutemque proſperam poſſidere faciat, & dignitatem Veſtram pro meritis, & creditarum Vobis animarum ſalute cuſtodiat, pro Reipublicæ tranquillitate augeat, & ad ſummum usque perducat. E Muſæo meo Brunſuigæ 1. Martii Anno 1645.

VV. CELSITUD.

humillimus & devotiſſimus
cliens,

CASPAR KLOCK.

ELENCHUS CONSILIORUM TOMI PRIMI.

CONSILIUM I.

DE Indultis, Privilegiis & Immunitatibus Ordinis Johannitici, Equitumq; Hierosolymitanorum; Et an Superioritas in pago Heittersheim Serenissimæ Domui Austriacæ, illiusq; nomine Illustri Regimini in Ensisheim, vel Illustrissimo Magno Priori & Magistro in Alemania competat?

II.

I. An ab Episcopis temporalem Jurisdictionem ab Imperio recognoscentibus ad Pontificem & Curiam Romanam, vel Imperatorem, appelletur?

II. An causæ prophanæ extra Imperii fines, contra jus commune & Imperiales sanctiones, ad Curiam Romanam trahi possint? Et an consuetudo in contrarium valeat?

III.

An Cameræ Jurisdictio obitu Imperatoris expiret?

IV.

De Jure Imperialium primariarum precum.

I. An à Cæsarea Majestate nominatus reliquis, qui sub expectatione præbendæ pro Canonicis admissi sunt, in vacante Canonicatu præferendus sit?

II. An Imperatores jus primariarum precum in beneficiis Ecclesiasticis, ex indulto & privilegio Pontificis Romani, vel potiùs vi Superioritatis & Regalium post Electionem ipso jure nanciscantur?

V.

I. Elector Moguntinus asserit, vigore Regalium, jus navigii, & Salvi-Conductus, sive Schifffahrt und Gleitliche Obrigkeit auf Mäinstrom ab utraq; ripa, so wol auf dem Hanauischen als Mäintzischen Leynpfad deß Mäinstroms, sibi in solidum competere.

II. Contra verò Comes in Hanau titulo Investituræ Feudi ac Regalium in ea ripa, quâ Mœnus Comitatum alluit, prædicta jura sibi vindicare nititur; maximè, cùm Commercia juris gentium & libera sint, ac in flumine publico cuilibet navigare liceat.

VI.

An Pragmaticis Aureæ Bullæ CAROLI IV. & SIGISMUNDI Impp. sanctionibus, proximiori & seniori Agnato tutelam & administrationem Electoralem deferentibus, testamento derogari possit?

VII.

In causa Juliacensi.

I. An Princeps Brandenburgicus & Palatinus Neoburgicus, defuncto Joanne Wilhelmo, Duce Cliviæ, Juliæ & Montium &c. possessionem horum Ducatuum & Comitatuum propriâ authoritate apprehendere, & citra præjudicium Cæsar. Majestatis super hisce feudis Imperii compromittere, Jurisdictionem prorogare, transigere & provisionale Compossessorium instituere potuerint?

II. Cui in petitorio cognitio Causæ competat? ubi de Jure Vetusto (quod Fürstenrecht vulgò nominant) latissimè disseritur, & indagatur; An Romano-Germanicus Imperator sine paribus Curiæ, hoc est, non adscitis in Consilium Imperii Principibus pari cum litigantibus potestate præditis, de Feudis, Regalibus & Majoribus definitivè judicare possit?

III. Examinantur fundamenta Serenissimæ Electoralis & Ducalis familiæ Saxonicæ.

IV. An per Contractum Principis, possessio & dominium sine traditione ipso jure transferatur? ad materiam L. traditionibus. C. de pact.

V. Duobus vel pluribus de eodem feudo à Principe investitis, quis præferatur? ad materiam L. Quoties. C. de R.V.

VI. An præscriptio 30. vel plurium annorum successoribus in feudo noceat?

VII. An dispositiones, pacta & confirmationes super rebus injustè possessis & tempore belli acquisitis initæ subsistant?

VIII. Imperator an fœminas ad successionem feudi in præjudicium agnatorum habilitare possit?

IX. De Investitura reali & abusiva.

X. De privilegio Caroli IV. Sigismundi, Friderici III. & Caroli V.

XI. De substitutione & conditione, si sine liberis vel filiis decesserit, &c.

XII. Si Dominus, qui investituram de caducitate feudi, (vulgò Expectantz, Anwartung / Gnadenleihen / Geding vocant) concesserat, & aliquem de alieno feudo in casum

ſum mortis poſſeſſoris inveſtierat, ante poſſeſſorem mortuus ſit, an ſucceſſores ejus nihilominus hanc inveſtituram ratam habere, & feudum deindè apertum, veluti eveniente conditione, inveſtito conferre teneatur?

XIII. *Succeſſores hæreditarii, vel in dignitate & regno, vel electivi, an & quando contractus ſuorum prædeceſſorum ſervare teneantur?*

XIV. *De incorporatione, unione & reſpectivè diviſione Ducatuum, Principatuum, Comitatuum, &c. earumq; commodis & incommodis: itemq; de jure primogenituræ, & Feudorum Dignitatumq; Regalium indiviſibilitate, nec non de dotalibus, aliisq; Illuſtrium Familiarum pactis ſucceſſionem & Majoratum deferentibus.*

XV. *An & quatenus per Procuratorem poſſeſſio acquiri poſſit? ubi & de introitu Principum ac Dominorum, vulgò* Einritt: *Et quando jus poſſeſſionis per dominium, potioraq; jura abſorbeatur?*

XVI. *Ducatus Cliviæ, Juliæ, Montium & Comitatus Ravensburgicus, an ſint Maſculina vel Fœminina Imperii Feuda?*

XVII. *De natura feudi fœminei, & an fœminæ ad regales dignitates admittantur?*

XVIII. *De Duce Nivernia, an is ex primo ſtipite Ducum Clivenſium deſcendat, & ſucceſſionis ſit capax?*

XIX. *De interpretatione privilegiorum Caroli V. & Ferdinandi Impp. nec non pactis Prutenicis; ex quibus ſimul junctis tota Controverſia deciditur, & ſucceſſionem ad filiam Wilhelmi Ducis Cliv. & Jul. ſecundo genitam, ejusq; hæredes maſculos devolutam eſſe concluditur.*

XX. *De privilegiorum aliarumq; diſpoſitionum confirmatione, ejusq; natura ac qualitatibus.*

VIII.

I. *Elector Palatinus in Curia & Pago* Ketſch *Salvum Conductum, Jus Foreſtæ, Jurisdictionem Criminalem, & merum Imperium,* Geleit/ Zoll/ Wildfuhr/ Forſt/ Fraiſch- und Maleſtziſche Obrigkeit/ *prætendit: Contra Epiſcopus & Capitulum Spirenſe Jurisdictionem Civilem, Homagium, Jus collectandi, mulctandi, aliaq; regalia Jura & compendia fiſcalia ſibi vendicat; Quæritur, utri in hoc Regalium & Jurium concurſu univerſalis Territorii Superioritas competat?*

II. *De natura connexorum individuorum, & non ſeparandorum, & quorum unum ſine alio ſtare nequit: & an, ac quando ab ejusmodi Juribus particularibus ad univerſale Superioritatis jus arguere liceat?*

IX.

Von der hohen Lands-Fürſtlichen Obrigkeit/ auch andern derſelbigen Regal- und *Jurisdictional*-Stücken.

X.

In materia Regalium & Jurisdictionalium. (1) Von der Obrigkeit deß Ritterlichen Johanniter-Ordens-Haus Rottenburg und Reichardsrodt/ und der Herren Commenthurn. (2) Von der *Jurisdiction* über andere Einwohner / als Befehlhaber / Diener und Knechte/ die ſich in deß Ordens Hauſe Rottenburg und Reichardsrodt aufhalten. (3) Von Schutz und Schirm. (4) von der Atzung. (5) von der Oeffnung. (6) vom *Aſylo* oder Befreyung beyder Ordenshäuſer Rottenburg und Reichartsrodt. (7) vom Jagen und Weidwerck. (8) vom Bauen. (9) von Begrabung der Toden. (10) von der Schied. (11) von Reißwagen. (12) von Zoll. (13) von der Rottenburgiſchen *Jurisdiction* über deß Ritterlichen Ordens Hinterſaſſen. (14) von Steur und Schatzung. (15) von Frondienſten. (16) von Geboten und Verboten / fürnemlich wegen Verkauffung Getreides und anderer *Victualien*.

XI.

In materia Superioritatis & Jurisdictionis.

I. *De proceſſu ſuper violatione Inſignium inſtituendo, & remediis eo nomine competentibus.*

II. *Confirmatio Privilegiorum an ſit neceſſitatis: Et an ſufficiat eandem producere ſine exhibitione confirmati?*

III. *Privilegiorum exemplatio & contractuum confirmatio coram quo Judice petenda?*

IV. *Prælatus Salemitanus & Comes Fürſtenbergicus infeſtis ſignis & aciebus concurrunt; HOC, Jus Advocatiæ, merum Imperium, cognitionem in criminalibus ſuper pœna ob vulnerationem, terminorum motionem, falſificationem menſurarum & ponderum, irroganda, itemq; Jus Salviconductus, mulctandi, Torturæ, aliorumq; actuum Jurisdictionalium ſibi aſſerente; ILLO verò, Jus Status Imperii, immediatamq; ab Imperio dependentiam, Appellationum, Collectarum, Fiſci, Receptionis bannitorum, Nundinarum & Mercatus, Homagii, Tabernas erigendi, choreas concedendi, aliaq; Regalia jura ſibi vindicante: Quæritur, cui in hoc Jurium & Regalium conflictu Superioritas adjudicari debeat?*

V. *De*

V. *De compromisso & transactione super re Ecclesiæ inter Prælatum S. & Comitem F. inita ex capite defectus solennitatum, læsionis, aliisq; causis irritanda.*

VI. *Quæ remedia dentur ad irritationem Transactionis vel Arbitramenti? Ubi de L. 2. C. de rescind. vendit. Reductione ad arbitrium boni viri, Restitutione in integrum, Nullitatis Querela, & coram quo Judice hujusmodi remedia sint proponenda? laxissimo stylo & filo disseritur?*

VII. *Unde & ex qua causa profluat,* daß die nider Obrigkeit in Schwaben nur auf zehen Pfund Heller *inclusivè* zu straffen?

VIII. *De interpretatione Privilegiorum, eorumq; clausulis cassantibus, Motus proprii, ex certa scientia, &c. nec non de præscriptione immemoriali, ejusq; effectibus.*

IX. *An & quatenus Ecclesiastici, eorumq; bona à Jurisdictione seculari sint exempta?*

X. *De intellectu & genuino sensu cujusdam Transactionis.*

XII.

I. *An Imperator Jus Advocatiæ Tertio quæsitum per Privilegium tollere possit?*

II. *An Laudum contra Transactionem valeat, præscriptione convalidari, & an super re Ecclesiastica, uti de re clara & liquida, & compromitti possit?*

III. *De Transactione quadam irritanda.*

IV. *An Protector ob nimiam sævitiam Jus Advocatiæ & Protectionis perdat?*

XIII.

I. *An Dominus Territorialis Castrum cum Jurisdictione, omnibusq; pertinentiis sub infeudando Superioritatem, aliaq; Regalia Jura à se abdicâsse censeatur?*

II. *Concessâ Jurisdictione, an Nobiles personæ in ejusdem Jurisdictionis territorio feuda, castra, ædificia possidentes, cum domesticis, illi jurisdictioni subjecti sint?*

III. *Ex quibus probetur Jurisdictio?*

IV. *Reservatio directi Dominii & Superioritatis quid operetur in venditione Jurisdictionis? Et an Jurisdictio Jure feudali concessâ privativè aut accumulativè translata intelligatur?*

V. *Subditi & Vasalli an inferiores Dominos alienari possint?*

VI. *Condominus an, & quatenus in Condominum habeat Imperium, & possit Condominum delinquentem punire, sive uterq; Jurisdictionem pro indiviso possideant, sive exercitium & administrationem, omnesq; fructus Jurisdictionis inter se diviserint? latè discutitur, & variis distinctionibus & limitationibus expeditur.*

XIV.

De Jure devolvendarum Appellationum, & conveniendo Magistratu in prima Instantia.

I. *An Senatus Civitatis Bremensis in prima Instantia coram Archiepiscopali Dicasterio* (am Bremischen Hofgericht) *conveniri, & an quoad Jurisdictionem prædictus Senatus & Cives Archiepiscopi Subditi dici possint, ac ad emanatas Citationes in judicio comparere teneantur?*

II. *An Civitas B. immediatè Imperio subdita sit?*

III. *Divisio Civitatum in Imperiales & Provinciales, an sit* κατὰ παντὸς? *vel an in Imperio Romano-Germanico detur tertium Civitatum anomalarum genus?*

IV. *An & quatenus jus devolvendarum Appellationum Juri Superioritatis inseparabiliter cohæreat? & an omisso medio ad Superiorem appellari queat?*

V. *De Homagio, ejusq; variis significationibus & effectibus.*

VI. *De jure statuendi, creandi Magistratus, muniendi Civitatem, exercendæ Religionis, meri mixtiq; Imperii, Confœderationum, belli indicendi, monetandi, &c.*

VII. *De Exceptione Incompetentiæ & fori declinatoria; Quando opponi possint, & Quomodo differant? Et an Judex à quo cogatur processum suum defendere & justificare in Appellationis instantia?*

VIII. *Quibus mediis & remediis parti ab incompetente Judice gravatæ rectè consulatur? An, & quando à Citatione vel sententia Incompetentiæ appellari possit?*

IX. *De Regula, Quòd temporalia ad agendum, quoad excipiendum efficiantur perpetua, &c. Ejusq; limitationibus & declarationibus.*

XV.

I. *De probatione præscriptionis immemorialis, ejusq; requisitis.*

II. *An ex actibus difformibus possit induci consuetudo vel præscriptio?*

III. *An privilegio & præscriptione simul quis se tueri possit?*

IV. *De privilegio HENRICI V. Imp.* auf die frey Stül gericht *Civitati Bremensi ob merita concesso, ejusq; genuino sensu & intellectu.*

V. *De Secretorum olim in Westphalia aliisq; Germaniæ partibus usitatorum judiciorum origine, personis, progressu, degeneratione & abolitione, ubi & Reformationes Cæsarum & Principum super illis judiciis recensentur, an immediatam ab Imperio habuerint dependentiam, necne?*

VI. *An Camera Imp. in locum liberarum sedium (*frey Stülgericht*) sit suffecta?*

VII. *Sedem Rotvvilensis judicii cum liberis sedibus in nonnullis pari Jure haberi & equiparari.*

VIII. *De colossis Rulandinis libertatis, aliorumq; privilegiorum & Jurium indicibus.*

IX. *Quando Episcopatus Regalibus insigniti, bonisq; secularibus primùm donati & dotati sint?*

X. *De intellectu privilegii Friderici Imperat. Anno 1186. Bremensibus indulti.*

XI. *Privilegia per non usum non amitti, quando facultas privilegii formaliter collata est in arbitrium & liberam voluntatem privilegiati.*

XVI.

De jure Armorum & Insignium apponendorum, ac legitimè delendorum, tollendorum & abrogandorum.

XVII.

De Homagio & Juramento adsecurationis.

I. *An Vasalli & S. Rom. Imperii Comitis subditi, Principi infeudanti Homagium sive Juramentum adsecurationis præstare teneantur?*

II. *Coram quo Judice lis desuper orta terminanda?*

III. *An Dominus feudum sibi apertum, in casu exstinctionis lineæ masculinæ, proximioribus Vasalli hæredibus vel cognatis reinfeudare cogatur? & an ob defectum lineæ masculinæ, propriâ authoritate filias feudum possidentes ejicere possit?*

XVIII.

In eadem Causa.

XIX.

An Subditi à Ducibus, Comitibus, aliisq; Superioribus Dynastis requisiti Instrumenta Privilegiorum suorum primæva & Originalia ante præstationem Homagii exhibere teneantur?

XX.

De Jure Lustrationis & Sequelæ, statuendi, collectandi, Remissione Delinquentium & Jure Episcopali.

Articulus I. agit de Jure Lustrationis generalis & particularis, sive de delectu, disciplina & exercitatione militari: An & quomodo hoc Jus Principibus, Comitibus, aliisque Imperii Statibus competat?

II. *De Jure Sequelæ; An & quatenus Subditi Superiorem, & Vasalli Dominum ad Bellum pro defensione Status, Patriæ, & ad custodiam Castri, vel capiendum malefactorem, &c. in Territorio vel extra locum consuetum determinatè vel indeterminatè sequi, & suo ipsius vel Dominorum sumptu & stipendio servire cogantur?*

III. *De Jure statuendi; An, quatenus & quomodo Inferiores Magistratus ac Civitates mero mixtoq; Imperio munitæ vel gratiosè amictæ Statuta condere vel Superiorum suorum Principum, Comitum &c. Ordinationes, Proclamata, Edicta & Bannimenta recipere & admittere teneantur?*

IV. *De Jure collectandi, (1) An Principes, Comites, aliiq; Status Imperii subditos suos collectare possint? (2) Quæ justæ & legitimæ sint collectandi causæ? (3) An, & quando major pars in puncto Contributionis minori præjudicet?*

V. *De Jure persequendi facinorosos in alieno territorio, & quando delinquentes ad locum delicti sint remittendi?*

VI. *De Juribus Episcopalibus: (1) An illa vigore Transactionis Patavicæ & Pacificationis Religionis in suspenso, vel in Status Augustanæ Confessionis translatæ sint? (2) An Civitates aliis Principibus, Comitibus, &c. mediatè subjectæ Pacis religiosæ capaces sint? (3) An beneficium emigrationis sit liberæ facultatis, vel præcisæ necessitatis? (4) An cognitio in matrimonialibus, adulterii, fornicationis, aliisq; causis mixti fori Dnn. Comitibus IV. vel Civitati & Senatui C. competat?*

XXI.

De Jure Hospitandi, Albergariæ & Procurationis, vom Atz/ Ablager/ Ausspann/ Gastung/ Nachfeld/ &c.

XXII.

De Jure Confiscandi, & an illud Civitatibus Imperialibus competat?

XXIII.

An bona Anabaptistarum invito condomino confiscari possint?

XXIV.

De Confiscatione, Annotatione & Descriptione bonorum Sagarum, aliorúmve, qui tædio vitæ vel valetudinis adversæ impatientiâ mortem sibi consciverunt?

I. *An bona Sagarum convictarum & condemnatarum de jure publicari, vel hæredibus proximioribus relinqui debeant?*

II. *An*

II. *An Sortilegium ſit hæreſis, & crimen læſæ Majeſtatis, ac conſequenter eodem modo puniendum?*

III. *Confiſcationi locus non eſt, niſi in caſibus expreſſis.*

IV. *De intellectu Auth. Bona damnatorum. C. de bonor. publicat. & l. fin. ff. de requirend. reis.*

V. *Status & Ordines Imperii an confiſcationem bonorum certis quibusdam in caſibus introducere poſſint?*

VI. *De Executionibus criminalium judiciorum; & an expenſæ juſtitiæ, à Magiſtratu vel ex bonis damnatorum de jure, vel more recepto fieri debeant?*

VII. *An Domino Imperium merum duntaxat habenti, vel Jurisdictionem civilem exercenti, detur facultas bona delinquentium annotandi & deſcribendi?*

XXV.

An Senatus Wormatienſis annotationem & deſcriptionem bonorum, nec non evocationem & citationem Judæorum, ob crimen læſæ Majeſtatis, à Cæſ. ſubdelegatis Commiſſariis emanatam, ratione Intereſſe & Jurisdictionis & Privilegii à Carolo IV. indulti, prohibere & impedire poſſit?

XXVI.

I. *Quibus jurium remediis ultra cenſus ſui modum gravatis contra Superiorem collectas Imperiales indebitè exigentem ſuccurratur?*

II. *An condictio indebiti à Subditis contra Dominum intentata cum actione injuriarum à Domino per modum reconventionis inſtituta legitimè compenſari poſſit?*

III. *An in collectarum Provincialium impoſitione & bonorum æſtimatione valor præſentis temporis attendendus? vel quænam ratio ineunda? & an aucto vel diminuto territorio exactiones quoque augeantur vel diminuantur?*

IV. *De operis & ſervitiis Subditorum determinatis & indeterminatis: & an Dominus Territorii quoad operarum præſtationem, intentionem fundatam habeat contra Subditos, vel eas aſſerens probare debeat?*

V. *Quanto tempore ſervitia Ruſticorum præſcribantur?*

VI. *De jure manus mortuæ,* **Todfall/ Hauptrecht/ Weidmahl.**

XXVII.

De Jure Collectandi.

An Dux W. qui Jus Superioritatis & Regalia, **Reis/ Folg/ Geleit/ Schutz/ Schirm/ Forſt- und Fraißliche Obrigkeit/** *Jus Religionis, Appellationum recipiendarum: cognitionem in cauſis matrimonialibus, & duntaxat unam partem Jurisdictionis civilis & ordinariæ, in pago* **Gartach** *prætendit, vi hujusmodi baſſæ & infimæ jurisdictionis, alium immediatum Imperii Statum, pro tribus partibus, & ita pro majori parte Jurisdictionem pro indiviſo exercentem, à jure Collectandi arcere, & præſertim jus extraordinarias Imperii Collectas indicendi ſibi in ſolidum arrogare & vindicare poſſit?*

XXVIII.

In Materia Collectarum.

I. *An quatuor Status Provinciales in eminentiori dignitatis gradu conſtituti quintum ejusdem Provinciæ Statum, potentiâ juris parem, in jure Votandi, Conſultandi & Concludendi in publicis Conventibus* (**auf Landtägen**) *turbare & abſque cauſæ cognitione poſſeſſione vel quaſi juris ſui deſtituere poſſint?*

II. *An prædicti Status quintum & inferiorem Statum ad ſolutionem præteritarum Collectarum captione pignorum, ablatione fructuum, pecorum, aliisve modis executivè compellere queant?*

III. *An major pars minori parti in puncto Contributionis præjudicet?*

IV. *An nonnulli Status Turcicas Circulares & Provinciales Collectas in publicis conventibus extraordinariè indictas, uno Statu diſſentiente, in ordinaria tributa & onera convertere poſſint? ubi de Diſtributione Collectarum & Æqualitate in iisdem ſervanda latiſſimè diſſeritur?*

V. *De Imperialibus & Circularibus Collectis & Subcollectis, nec non de juſta & legitima collectandi cauſa.*

VI. *De Exemptione & Immunitate Reverendiſſimi Capituli, Prælatorum, Nobilium & Civitatum in Archiepiſcopatu B. Et an hi Status in partem onerum vocandi?*

VII. *An contra Collectas Turcicas Exceptione Præſcriptionis ſe quis tueri poſſit?*

VIII. *De Actionis genere & foro competente.*

IX. *An bona allibrata & in Æſtimio deſcripta, alienata tamen in Eccleſiaſticas vel alias privilegiatas perſonas, ſint immunia ab omni onere Collectarum imponendarum pro tempore futuro poſt dictam translationem?*

X. *An Status inferior merum mixtumq; Imperium & omnimodam Jurisdictionem habens eminentiorum Statuum, Nobilium, aliorumq; Exemptorum conductores, Emphyteutas &*

VI. *An Camera Imp. in locum liberarum ſedium* (frey Stülgericht) *ſit ſuffecta?*

VII. *Sedem Rotvvilenſis judicii cum liberis ſedibus in nonnullis pari Jure haberi & æquiparari.*

VIII. *De coloſſis Rulandinis libertatis, aliorumq; privilegiorum & Jurium indicibus.*

IX. *Quando Epiſcopatus Regalibus inſigniti, bonisq; ſecularibus primùm donati & dotati ſint?*

X. *De intellectu privilegii Friderici Imperat. Anno 1186. Bremenſibus indulti.*

XI. *Privilegia per non uſum non amitti, quando facultas privilegii formaliter collata eſt in arbitrium & liberam voluntatem privilegiati.*

XVI.

De jure Armorum & Inſignium apponendorum, ac legitimè delendorum, tollendorum & abrogandorum.

XVII.

De Homagio & Juramento adſecurationis.

I. *An Vaſalli & S. Rom. Imperii Comitis ſubditi, Principi infeudanti Homagium ſive Juramentum adſecurationis præſtare teneantur?*

II. *Coram quo Judice lis deſuper orta terminanda?*

III. *An Dominus feudum ſibi apertum, in caſu exſtinctionis lineæ maſculinæ, proximioribus Vaſalli hæredibus vel cognatis reinfeudare cogatur? & an ob defectum lineæ maſculinæ, propriâ authoritate filias feudum poſſidentes ejicere poſſit?*

XVIII.

In eadem Cauſa.

XIX.

An Subditi à Ducibus, Comitibus, aliisq; Superioribus Dynaſtis requiſiti Inſtrumenta Privilegiorum ſuorum primæva & Originalia ante præſtationem Homagii exhibere teneantur?

XX.

De Jure Luſtrationis & Sequelæ, ſtatuendi, collectandi, Remiſſione Delinquentium & Jure Epiſcopali.

Articulus I. agit de Jure Luſtrationis generalis & particularis, ſive de delectu, diſciplina & exercitatione militari: An & quomodo hoc Jus Principibus, Comitibus, aliisque Imperii Statibus competat?

II. *De Jure Sequelæ; An & quatenus Subditi Superiorem, & Vaſalli Dominum ad Bellum pro defenſione Status, Patriæ, & ad cuſtodiam Caſtri, vel capiendum malefactorem, &c. in Territorio vel extra locum conſuetum determinatè vel indeterminatè ſequi, & ſuo ipſius vel Dominorum ſumptu & ſtipendio ſervire cogantur?*

III. *De Jure ſtatuendi; An, quatenus & quomodo Inferiores Magiſtratus ac Civitates mero mixtoq; Imperio munitæ vel gratioſè amictæ Statuta condere vel Superiorum ſuorum Principum, Comitum &c. Ordinationes, Proclamata, Edicta & Bannimenta recipere & admittere teneantur?*

IV. *De Jure collectandi, (1) An Principes, Comites, aliiq; Status Imperii ſubditos ſuos collectare poſſint? (2) Quæ juſtæ & legitimæ ſint collectandi cauſæ? (3) An, & quando major pars in puncto Contributionis minori præjudicet?*

V. *De Jure perſequendi facinoroſos in alieno territorio, & quando delinquentes ad locum delicti ſint remittendi?*

VI. *De Juribus Epiſcopalibus: (1) An illa vigore Transactionis Patavicæ & Pacificationis Religionis in ſuſpenſo, vel in Status Auguſtanæ Confeſſionis translatæ ſint? (2) An Civitates aliis Principibus, Comitibus, &c. mediatè ſubjectæ Pacis religioſæ capaces ſint? (3) An beneficium emigrationis ſit liberæ facultatis, vel præciſæ neceſſitatis? (4) An cognitio in matrimonialibus, adulterii, fornicationis, aliisq; cauſis mixti fori Dnn. Comitibus IV. vel Civitati & Senatui C. competat?*

XXI.

De Jure Hoſpitandi, Albergariæ & Procurationis, vom Atz/ Ablager/ Ausſpann / Gaſtung/ Nachfeld/ ꝛc.

XXII.

De Jure Confiſcandi, & an illud Civitatibus Imperialibus competat?

XXIII.

An bona Anabaptiſtarum invito condomino confiſcari poſſint?

XXIV.

De Confiſcatione, Annotatione & Deſcriptione bonorum Sagarum, aliorúmve, qui tædio vitæ vel valetudinis adverſæ impatientiâ mortem ſibi conſciverunt?

I. *An bona Sagarum convictarum & condemnatarum de jure publicari, vel hæredibus proximioribus relinqui debeant?*

II. *An*

II. *An Sortilegium sit hæresis, & crimen læsæ Majestatis, ac consequenter eodem modo puniendum?*

III. *Confiscationi locus non est, nisi in casibus expressis.*

IV. *De intellectu Auth. Bona damnatorum. C. de bonor. publicat. & l. fin. ff. de requirend. reis.*

V. *Status & Ordines Imperii an confiscationem bonorum certis quibusdam in casibus introducere possint?*

VI. *De Executionibus criminalium judiciorum; & an expensæ justitiæ, à Magistratu vel ex bonis damnatorum de jure, vel more recepto fieri debeant?*

VII. *An Domino Imperium merum duntaxat habenti, vel Jurisdictionem civilem exercenti, detur facultas bona delinquentium annotandi & describendi?*

XXV.

An Senatus Wormatiensis annotationem & descriptionem bonorum, nec non evocationem & citationem Judæorum, ob crimen læsæ Majestatis, à Cæs. subdelegatis Commissariis emanatam, ratione Interesse & Jurisdictionis & Privilegii à Carolo IV. indulti, prohibere & impedire possit?

XXVI.

I. *Quibus jurium remediis ultra census sui modum gravatis contra Superiorem collectas Imperiales indebitè exigentem succurratur?*

II. *An condictio indebiti à Subditis contra Dominum intentata cum actione injuriarum à Domino per modum reconventionis instituta legitimè compensari possit?*

III. *An in collectarum Provincialium impositione & bonorum æstimatione valor præsentis temporis attendendus? vel quænam ratio ineunda? & an aucto vel diminuto territorio exactiones quoque augeantur vel diminuantur?*

IV. *De operis & servitiis Subditorum determinatis & indeterminatis: & an Dominus Territorii quoad operarum præstationem, intentionem fundatam habeat contra Subditos, vel eas asserens probare debeat?*

V. *Quanto tempore servitia Rusticorum præscribantur?*

VI. *De jure manus mortuæ,* Todfall/ Hauptrecht/ Weidmahl.

XXVII.

De Jure Collectandi.

An Dux W. qui Jus Superioritatis & Regalia, Reis/ Folg/ Geleit/ Schutz/ Schirm/ Forst- und Fraißliche Obrigkeit/ *Jus Religionis, Appellationum recipiendarum: cognitionem in causis matrimonialibus, & duntaxat unam partem Jurisdictionis civilis & ordinariæ, in pago* Gartach *prætendit, vi hujusmodi bassæ & infimæ jurisdictionis, alium immediatum Imperii Statum, pro tribus partibus; & ita pro majori parte Jurisdictionem pro indiviso exercentem, à jure Collectandi arcere, & præsertim jus extraordinarias Imperii Collectas indicendi sibi in solidum arrogare & vindicare possit?*

XXVIII.

In Materia Collectarum.

I. *An quatuor Status Provinciales in eminentiori dignitatis gradu constituti quintum ejusdem Provinciæ Statum, potentiâ juris parem, in jure Votandi, Consultandi & Concludendi in publicis Conventibus* (auf Landtägen) *turbare & absque causæ cognitione possessione vel quasi juris sui destituere possint?*

II. *An prædicti Status quintum & inferiorem Statum ad solutionem præteritarum Collectarum captione pignorum, ablatione fructuum, pecorum, aliisve modis executivè compellere queant?*

III. *An major pars minori parti in puncto Contributionis præjudicet?*

IV. *An nonnulli Status Turcicas Circulares & Provinciales Collectas in publicis conventibus extraordinariè indictas, uno Statu dissentiente, in ordinaria tributa & onera convertere possint? ubi de Distributione Collectarum & Æqualitate in iisdem servanda latissimè disseritur?*

V. *De Imperialibus & Circularibus Collectis & Subcollectis, nec non de justa & legitima collectandi causa.*

VI. *De Exemptione & Immunitate Reverendissimi Capituli, Prælatorum, Nobilium & Civitatum in Archiepiscopatu B. Et an hi Status in partem onerum vocandi?*

VII. *An contra Collectas Turcicas Exceptione Præscriptionis se quis tueri possit?*

VIII. *De Actionis genere & foro competente.*

IX. *An bona allibrata & in Æstimio descripta, alienata tamen in Ecclesiasticas vel alias privilegiatas personas, sint immunia ab omni onere Collectarum imponendarum pro tempore futuro post dictam translationem?*

X. *An Status inferior merum mixtumq; Imperium & omnimodam Jurisdictionem habens eminentiorum Statuum, Nobilium, aliorumq; Exemptorum conductores, Emphyteutas & Colonos*

Colonos pignorationibus, aliisq; mediis & remediis executivis more majorum ad solutionem Collectarum adigere possit?

XXIX.

Vom Wildbahn / kleinem Weidwerck und Jagens-Gerechtigkeit / Vogelfang / Fischen / Judenschuld / Bastartsgesellen / Wildfang / Leibeigenschafft / und darauf *prætendirenden* Hauptrecht und *Jurisdiction*, Gülden Zoll / Wochenmärckten / Aufnamen der Pfältzischen Leibeigenen und andern Gerechtigkeiten.

XXX.

In materia Venationis.

I. *An feras majores prata vel agros depopulantes interficere vel bombardis trajicere liceat?*

II. *Repignorationes & Repressaliæ an & quando licitæ sint?*

III. *An quis per aditionem Judicis censeatur renunciâsse facultati propriâ authoritate se defendendi?*

IV. *An prohibentes Venationem teneantur ad emendationem damni ex multitudine ferarum messibus & segetibus exitium, devastationemq; inferentium causati?*

XXXI.

De Indictionibus sive Contributionibus Imperii, in quo elegans tractatur Quæstio; An contra **Reichs- und Türckensteur** */ sive Collectas Turcicas Exceptione Præscriptionis se quis tueri possit?*

XXXII.

De Jure Postarum.

XXXIII.

De Jure piscandi, obstruendi alveum, derivatione fluminum, irrogatione pratorum, (Wässerung) restagnatione, Jurisdictione & proprietate aquarum.

I. *Jure piscandi præscripto jus aquæ, aqua ipsa, & alvei solum non censetur præscriptum.*

II. *Jus piscandi an & quando cumulativè vel privativè intelligatur præscriptum?*

III. *An Castro concesso simul flumina & piscationes veniant?*

IV. *An Domini Territoriales jus piscandi in flumine publico privatis interdicere possint?*

V. *An quis alveum obstruere, vel in fundo suo ad arcendam aquam, ne agrum influat, aggeres, aliavè munimenta adhibere queat?*

VI. *An subditi sine permissu Superioris rivum vel flumen ad irrigandum prata à solito cursu deflectere possint?*

VII. *De constructione molæ, alveo, restagnatione, jurisdictione & proprietate aquarum.*

XXXIV.

Ob die ordentliche Hohe oder Fraißliche Malefitz-Obrigkeit den Unterthanen mit Büchsen zum Ziel zu schiessen / und Schießhütten oder andere Kurtzweil anzurichten erlauben mögen?

XXXV.

De Alienatione Rei Ecclesiasticæ.

XXXVI.

De jure Patronatus.

I. *An bona ad pios usus relicta contra tenorem fundationis in alios, pios tamen, usus converti possint?*

II. *An summi Pontificis aut Episcopi authoritas hoc casu necessaria?*

III. *An jus patronatus ad fœminas transeat?*

IV. *An patronatus propinquis magis, quàm extraneis, consulere, & an aliquid loco remunerationis percipere possit? Item an ad redditionem rationum teneatur?*

V. *Patronus an duntaxat jus præsentandi, vel etiam administrationem bonorum Ecclesiasticorum habeat?*

XXXVII.

De Jure Advocatiæ & Protectionis, in quo viginti Quæstiones determinantur.

I. *Advocati* (deß Käiserlichen Erbvogtes zu Hagenau) *officium an comprehendat protectionem & salvum conductum?*

II. *An protectio Jurisdictionem & Superioritatem inferat?*

III. *An Jurisdictio hoc casu Advocato ex privilegio, vel pacto, contractu & observantia competat?*

IV. *An civibus N. à Senatu per sententiam judicialiter vel extrajudicialiter gravatis Recursus ad Advocatum, ceu Superiorem, sit reservatus? Et an Advocatus illos contra Senatum defendere possit?*

V. *An Protector jus suum in potentiorem transferre possit?*

VI. *An*

VI. *An ſucceſſor ſingularis Advocati ultra conſuetum & ordinarium honorarium* ein Nebenſchutzgeld *extraordinariè exigere poſſit?*

VII. *An Mandata ab Advocato emanata Senatum N. advenas vel peregrinos in Civitatem recipientem ligent?*

VIII. *An Protector Senatum ob receptionem Chriſtianorum & Judæorum indefinitè factam per viam juris convenire, vel in modum quaſi retentionis ſalvumconductum & commercium in ſuo Territorio denegare, receptoſq; Cives vel Judæos ultra ordinariam meecedem arreſtis & pignorationibus ad exſolutionem* deß Nebenſchutzgeldes *adigere poſſit?*

IX. *An Protector à noviter receptis Incolis & Judæis pedagium ſive guidagium* (Gleitgeld) *exigere queat?*

X. *An Protectoris intentio ratione tertiæ partis mulctarum ſit fundata?*

XI. *An Schedula & Relatio ex Archivo Advocati producta aſſertum jus mulctandi plenè probet?*

XII. *An Protector Senatum N. ad edendum inſtrumenta, vel Senatores provectæ ætatis ad perhibendum teſtimonium cogere, vel eo nomine Compulſoriales & Commiſſionem in Camera Imp. extrahere poſſit?*

XIII. *An Protector clientes ratione bonorum in ſuo Territorio ſitorum Collectis gravare poſſit?*

XIV. *An Protector ſylvas & nemora communia Anno 1464. empta, ſed à ſola Civitate hactenus ultra immemoriale tempus in ſolidum & privativè, excluſo Protectore, poſſeſſa, pro dimidia parte legitimè vindicare poſſit?*

XV. *An Senatus N. bona Burgenſatica, quæ ſimiliter Protector ultra tempus immemoriale poſſedit, pro ſua Quota & Rata avocandi poteſtatem habeat?*

XVI. *Quibus mediis & remediis juris attentata & Gravamina ab Advocato Senatui N. illata, præſertim verò Exactio* deß Nebenſchutz- und Gleitgelds *revocari & abrogari poſſint?*

XVII. *Quâ ratione Protectori liberum commercium impedienti occurrere & reſiſtere liceat?*

XVIII. *Quæ remedia pro abrogando novo & inuſitato vectigali à Protectore inſtituto competant?*

XIX. *Quo pacto & modo Senatus N. poſſeſſionem vel quaſi lignandi tueri poſſit;*

XX. *Contra Doctorem quendam Civitatis privilegia violantem, quodnam genus actionis inſtituendum ſit?*

XXXVIII.

De Conſtitutione fractæ Pacis.

XXXIX.

I. *De ſummariiſſimo poſſeſſorio, an & quatenus ab eo appellari poſſit? Item de Exceptione recuſationis Judicis Incompetentiæ ſive declinatoriæ fori & non devolutæ appellationis.*

II. *Quæſtio principalis; An Clericorum miniſtri & famuli ſeculares eodem fori privilegio & immunitate ſolvendorum merum gaudeant, quo Eccleſia?*

XL.

De momentaneo Decimarum poſſeſſorio.

XLI.

Cauſæ Decimarum & Novalium coram quo Judice agitandæ?

XLII.

I. Weisthum *& aliæ ſcripturæ an & quam vim probandi in materia Jurisdictionis habeant?*

II. *De præſumptione ex ambitu Territorii reſultante, & quando Clerici Jus Gladii & Criminalem Jurisdictionem exercere poſſint?*

XLIII.

De Jure Conſervatorum & Conſervatoriorum.

XLIV.

Succeſſor Prælati an & quatenus æs alienum ab anteceſſore contractum diſſolvere teneatur?

XLV.

Dimidietate Caſtri cum omnibus pertinentiis ab Imperatore conceſſâ, quæ veniant? Et an Curia & Vaſalli (die Mannſchafft) *comprehendatur? ac Jurisdictio translata intelligatur?*

XLVI.

In materia Indignitatis.

XLVII.

Penes furem vel prædonem reperta pecunia, an ad Dominum Jurisdictionis criminalis pertineat? Et ſi ea pecunia iterum furto perdita ſit, an depoſitarius eo nomine teneatur?

XLVIII.

In quo de quodam Memmingæ Civitatis Imper. Statuto ejusdemq; validitate disquiritur.

XLIX.

Colonos pignorationibus, aliisq; mediis & remediis executivis more majorum ad solutionem Collectarum adigere possit?

XXIX.

Vom Wildbahn / kleinem Weidwerck und Jagens-Gerechtigkeit / Vogelfang / Fischen / Judenschuld / Bastartsgesellen / Wildfang / Leibeigenschafft / und darauf *prætendirenden* Hauptrecht und *Jurisdiction*, Gülden Zoll / Wochenmärckten / Aufnamen der Pfältzischen Leibeigenen und andern Gerechtigkeiten.

XXX.

In materia Venationis.

I. *An feras majores prata vel agros depopulantes interficere vel bombardis trajicere liceat?*

II. *Repignorationes & Repressaliæ an & quando licitæ sint?*

III. *An quis per aditionem Judicis censeatur renunciâsse facultati propriâ authoritate se defendendi?*

IV. *An prohibentes Venationem teneantur ad emendationem damni ex multitudine ferarum messibus & segetibus exitium, devastationemq; inferentium causati?*

XXXI.

De Indictionibus sive Contributionibus Imperii, in quo elegans tractatur Quæstio; An contra **Reichs- und Türckensteur** */ sive Collectas Turcicas Exceptione Præscriptionis se quis tueri possit?*

XXXII.

De Jure Postarum.

XXXIII.

De Jure piscandi, obstruendi alveum, derivatione fluminum, irrogatione pratorum, (Wässerung) restagnatione, Jurisdictione & proprietate aquarum.

I. *Jure piscandi præscripto jus aquæ, aqua ipsa, & alvei solum non censetur præscriptum.*

II. *Jus piscandi an & quando cumulativè vel privativè intelligatur præscriptum?*

III. *An Castro concesso simul flumina & piscationes veniant?*

IV. *An Domini Territoriales jus piscandi in flumine publico privatis interdicere possint?*

V. *An quis alveum obstruere, vel in fundo suo ad arcendam aquam, ne agrum influat, aggeres, aliavè munimenta adhibere queat?*

VI. *An subditi sine permissu Superioris rivum vel flumen ad irrigandum prata à solito cursu deflectere possint?*

VII. *De constructione molæ, alveo, restagnatione, jurisdictione & proprietate aquarum.*

XXXIV.

Ob die ordentliche Hohe oder Fraißliche Malesitz-Obrigkeit den Unterthanen mit Büchsen zum Ziel zu schiessen / und Schießhütten oder andere Kurtzweil anzurichten erlauben mögen?

XXXV.

De Alienatione Rei Ecclesiasticæ.

XXXVI.

De jure Patronatus.

I. *An bona ad pios usus relicta contra tenorem fundationis in alios, pios tamen, usus converti possint?*

II. *An summi Pontificis aut Episcopi authoritas hoc casu necessaria?*

III. *An jus patronatus ad fœminas transeat?*

IV. *An patronatus propinquis magis, quàm extraneis, consulere, & an aliquid loco remunerationis percipere possit? Item an ad redditionem rationum teneatur?*

V. *Patronus an duntaxat jus præsentandi, vel etiam administrationem bonorum Ecclesiasticorum habeat?*

XXXVII.

De Jure Advocatiæ & Protectionis, in quo viginti Quæstiones determinantur.

I. *Advocati* (deß Käiserlichen Erbvogtes zu Hagenau) *officium an comprehendat protectionem & salvum conductum?*

II. *An protectio Jurisdictionem & Superioritatem inferat?*

III. *An Jurisdictio hoc casu Advocato ex privilegio, vel pacto, contractu & observantia competat?*

IV. *An civibus N. à Senatu per sententiam judicialiter vel extrajudicialiter gravatis Recursus ad Advocatum, ceu Superiorem, sit reservatus? Et an Advocatus illos contra Senatum defendere possit?*

V. *An Protector jus suum in potentiorem transferre possit?*

VI. *An*

VI. *An ſucceſſor ſingularis Advocati ultra conſuetum & ordinarium honorarium* ein Nebenſchutzgeld *extraordinariè exigere poſſit?*

VII. *An Mandata ab Advocato emanata Senatum N. advenas vel peregrinos in Civitatem recipientem ligent?*

VIII. *An Protector Senatum ob receptionem Chriſtianorum & Judæorum indefinitè factam per viam juris convenire, vel in modum quaſi retentionis ſalvumconductum & commercium in ſuo Territorio denegare, receptoſq; Cives vel Judæos ultra ordinariam meecedem arreſtis & pignorationibus ad exſolutionem* deß Nebenſchutzgeldes *adigere poſſit?*

IX. *An Protector à noviter receptis Incolis & Judæis pedagium ſive guidagium* (Gleitgeld) *exigere queat?*

X. *An Protectoris intentio ratione tertiæ partis mulctarum ſit fundata?*

XI. *An Schedula & Relatio ex Archivo Advocati producta aſſertum jus mulctandi plenè probet?*

XII. *An Protector Senatum N. ad edendum inſtrumenta, vel Senatores provectæ ætatis ad perhibendum teſtimonium cogere, vel eo nomine Compulſoriales & Commiſſionem in Camera Imp. extrahere poſſit?*

XIII. *An Protector clientes ratione bonorum in ſuo Territorio ſitorum Collectis gravare poſſit?*

XIV. *An Protector ſylvas & nemora communia Anno 1464. empta, ſed à ſola Civitate hactenus ultra immemoriale tempus in ſolidum & privativè, excluſo Protectore, poſſeſſa, pro dimidia parte legitimè vindicare poſſit?*

XV. *An Senatus N. bona Burgenſatica, quæ ſimiliter Protector ultra tempus immemoriale poſſedit, pro ſua Quota & Rata avocandi poteſtatem habeat?*

XVI. *Quibus mediis & remediis juris attentata & Gravamina ab Advocato Senatui N. illata, præſertim verò Exactio* deß Nebenſchutz- und Gleitgelds *revocari & abrogari poſſint?*

XVII. *Quâ ratione Protectori liberum commercium impedienti occurrere & reſiſtere liceat?*

XVIII. *Quæ remedia pro abrogando novo & inuſitato vectigali à Protectore inſtituto competant?*

XIX. *Quo pacto & modo Senatus N. poſſeſſionem vel quaſi lignandi tueri poſſit;*

XX. *Contra Doctorem quendam Civitatis privilegia violantem, quodnam genus actionis inſtituendum ſit?*

XXXVIII.

De Conſtitutione fractæ Pacis.

XXXIX.

I. *De ſummariiſſimo poſſeſſorio, an & quatenus ab eo appellari poſſit? Item de Exceptione recuſationis Judicis Incompetentiæ ſive declinatoriæ fori & non devolutæ appellationis.*

II. *Quæſtio principalis; An Clericorum miniſtri & famuli ſeculares eodem fori privilegio & immunitate ſolvendorum merum gaudeant, quo Eccleſia?*

XL.

De momentaneo Decimarum poſſeſſorio.

XLI.

Cauſæ Decimarum & Novalium coram quo Judice agitandæ?

XLII.

I. Weisthum *& aliæ ſcripturæ an & quam vim probandi in materia Jurisdictionis habeant?*

II. *De præſumptione ex ambitu Territorii reſultante, & quando Clerici Jus Gladii & Criminalem Jurisdictionem exercere poſſint?*

XLIII.

De Jure Conſervatorum & Conſervatoriorum.

XLIV.

Succeſſor Prælati an & quatenus æs alienum ab anteceſſore contractum diſſolvere teneatur?

XLV.

Dimidietate Caſtri cum omnibus pertinentiis ab Imperatore conceſſâ, quæ veniant? Et an Curia & Vaſalli (die Mannſchafft) *comprehendatur? ac Jurisdictio translata intelligatur?*

XLVI.

In materia Indignitatis.

XLVII.

Penes furem vel prædonem reperta pecunia, an ad Dominum Jurisdictionis criminalis pertineat? Et ſi ea pecunia iterum furto perdita ſit, an depoſitarius eo nomine teneatur?

XLVIII.

In quo de quodam Memmingæ Civitatis Imper. Statuto ejusdemq; validitate diſquiritur.

XLIX.

XLIX.

I. *An Statutum, quo Notarii à Cæsaria Majestate vel Comitibus Palatinis creati non nisi eorum legalitas & fidelitas à Magistratu loci exploretur, instrumenta conficere aliosq; actus exercere prohibentur, de jure invalidum sit?*

II. *De Processibus & Mandatis ex l. fin. C. de edict. D. Hadrian. non tollend. & Ordinat. Cameræ part. 2. cap. 23. extrahendis.*

L.

I. *An super feudo Imperii ejusdemq; juribus compromitti possit?*

II. *Superioritas quomodo in concursu ex potioribus Regalibus & Juribus dignoscatur? Et quatenus à separatis speciebus Regalium, puta Appellationum, Collectarum Imperialium & Provincialium, Salvi-Conductus, Vectigalium, Fodinarum metallicarum, meri mixtiq; Imperii, mulctarum pœnarumq; compendiis, &c. ad omnigenum & universale Territorii jus dextrè arguatur?*

III. *An & quatenus testes ab incompetente, non citatâ parte, & aliis solennitatibus à jure requisitis omissis, examinati in antiquis probent?*

IV. *De jure venandi & convenandi.*

V. *Cui cedant fructus seu mulctæ jurisdictionis Forestalis?*

LI.

De jure vocandi & Jurisdictione Ecclesiastica, Reipubl. Sundensi competente.

LII.

De tumultu ob mutationem Religionis in Civitate Lemgovensi excitato.

I. *Inquiritur in authores tumultus Anno 1609. Civitati L. injecti.*

II. *An Magistratus superior mutationem in Religionis negotio, subditis invitis, introducere? vel an subditi pro Religione & libertate Patriæ justè & rectè decertare, & arma defensiva opponere possint?*

III. *An superior ob actus quosdam Ecclesiasticos in Civitate L. exercitos sibi Jus Episcopale & Ecclesiasticam Jurisdictionem simpliciter vindicare, vel interim possessionem sibi asserere, & subditos ad petitorium adigere & compellere queat?*

IV. *Utrum Magistratui Civitatis L. imputari possit, quòd novitii Concionatores, cùm de negotii sui feliciori successu desperarent, & imprudentiam atque temeritatem suam agnoscerent, plebisq; concitatæ motus viderent, ob vim metúmve clam vel apertè se subduxerint vel aufugerint?*

V. *De justitia vel injustitia Mandatorum sive præceptorum extrajudicialium à superiori Magistratu emanatorum.*

VI. *De Mandato & Sententia quadam Cæsaria, & de paritione per Cæs. Majestatem injuncta.*

VII. *Defensionales articuli quomodo formandi & proponendi sint?*

LIII.

I. *An captivi per alienum territorium ad supplicium duci, vel ad ordinarium causarum criminalium judicem & locum delicti remitti debeant?*

II. *An Judex Domicilii vel etiam originis subditum ratione delicti extra suum territorium sub alterius Jurisdictione commissi punire possit, sive per viam accusationis, sive inquisitionis procedatur?*

III. *De Remissionibus Reorum capitalium ad Judicem loci delicti communi consuetudine hodie abrogatis.*

IV. *Fraus quando dicatur committi, vel non?*

THO-

THOMÆ MERCKELBACHI, THOMÆ MICHAELIS ET CASPARIS KLOCKI,

Juris-Consultorum hujus temporis Eminentissimorum, &c.

CONSULTATIONES SIVE RESPONSA JURIS.

CONSILIUM PRIMUM.

ARGUMENTUM.

De Indultis, Privilegiis & Immunitatibus Ordinis Johannitici, Equitumque Hierosolymitanorum; Et an Superioritas in pago **Heitters-heim** Serenissimæ Domui Austriacæ, illiusque nomine Illustri Regimini in **Ensisheim**/ vel Illustrissimo Magno Priori & Magistro in Alemania competat?

SUMMARIA.

1. Quicquid *intra* territorium *alicujus situm est, ad Dominum territorii & Jurisdictionis spectare videtur.*

2. Territorii *appellatione veniunt Jurisdictionalia & honorificentiæ; itemq; Jus Superioritatis, & num. 3.*

4. Privilegium *exemptionis à Pontifice concessum, non habet locum in temporalibus.*

5. Equites & milites Hierosolymitani *an sint Ecclesiastici? & num. 6.*

7. Clerici *dicuntur de districtu temporali, & districtuales seu provinciales Principis.*

8. Clerici *in realibus conveniuntur coram Judice laico.*

9. Protectionis *nomine continetur Jurisdictio.*

10. Privilegia *ex subsecuta possessione & observantia interpretationem recipiunt.*

11. Privilegium *usu non receptum nullius est momenti.*

12. Actus *subjectionis & obedientiæ unde dignoscantur?*

13. Jura & Privilegia *Ecclesiasticorum 40. annorum præscriptione evanescunt, & num. 14.*

15. Clerici coram *laicis non conveniendi.*

16. Clerici non *possunt renunciare privilegio fori, & num. 72.*

17. Clerici non *sunt, neq; unquam fuerunt subjecti laicis, quoad Jurisdictionem, sed sunt exempti etiam de Jure divino: Quæ exemptio quoque ad Equites Melitenses extenditur, & num. 18.*

19. Speciale *habet plus energiæ & ponderis, magisq; timetur, quàm generale.*

20. Privilegia Exemptionum *Johannitico de Republ. Christiana meritissimo Ordini collata recensentur hoc, & num. 21. 22. 34. 35. 39.*

23. Clausulæ motûs proprii, ex certa scientia & de plenitudine potestatis *Privilegiis inserta, omnia vitia purgant, omnemq; defectum tollunt, n. 24. & 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. ubi de virtute & efficacia harum clausularum prolixè disseritur.*

36. Privilegia *in remunerationem meritorum concessa in contractum transeunt, nulliq; revocationi sunt obnoxia: adeò, ut ne quidem ex capite ingratitudinis revocētur, n. 37. iisq; non censeatur derogatum per clausulam* non obstantibus, *n. 38.*

40. Successores *ex contractu prædecessoris obligantur, & quâ ratione Imperator Majora Majestatis jura ossibus & personæ ejus inseparabiliter inhærentia communicare nequit, n. 41. Licèt nonnulli Dd. contrarium statuant, num. 42.*

43. *Aliud de* Principibus *Superiorem recognoscentibus dicendum videtur, qui hujusmodi Superioritatem à se abdicare possunt.*

44. Magnus Prior *& Magister S. Johannis Ordinis, respectu bonorum ubivis in Imperio sitorum, immediatus Imperii status est.*

45. Bona fides *non patitur, ut unius rei nomine à pluribus & diversis quid exigatur.*

46. Territorium *ab omni servitute liberum præsumitur.*

47. Præsumptio *ex territorii ambitu promanans non stringit, alio actus terrendi ac Jurisdictionis exercente: & in Imperatore duntaxat lotum sibi vindicat, num. 48.*

49. Castra, *civitates & villæ, licèt de Jure communi territorium vel districtum non habeant, tamen de consuetudine habere possunt.*

50. Paria *sunt, exemptum esse, vel extra territorium.*

51. Ecclesia & Monasteria *non sunt de districtu laicorum; quod insigni præjudicio corroboratur, & num. 52.*

53. Imperium *ab Ecclesia dependere nonnulli autumant.*

54. Equites Melitenses *privilegiis Clericorum gaudent, nulliq; potestati seculari subjacent; quia etiam profitentur castitatem, paupertatem & obedientiam, num. 55.*

56. Privilegia Exemptionum Ordinis *Hierosolymitani non solùm personas, sed & bona nuncupatim complectuntur.*

57. Exemptio *afficit bona exempti, ubicunque sint, quia accedunt personæ, & non persona rebus.*

58. Ecclesiasticos *ne quidem in realibus ad forum seculare esse trahendos, quibusdam placuit, & num. 59.*

60. Collectæ *muneribus mixtis accensendæ, cùm principaliter personæ contemplatione rerum irrogentur.*

61. Collectarum *impositio à Jurisdictione & subjectione dependet, illisq; non nisi subditi gravantur.*

62. Magni Priores *Germaniæ nunquam Archiducum Austriacorũ Jurisdictionem agnoverunt.*

63. Ordinis Johannitici *bona semper sub Imperii defensione perstitêre.*

64. *Ex* protectionis *officio multi transierunt in usurpationem potestatis.*

65. Jus protectionis *nullam tribuit Jurisdictionem, & num. 66. 67.*

68. *Ea, quæ hactenus contra Ordinem Religiosum ab Illustri Regimine in* Ensisheim *attentata, nihil*

XLIX.

I. *An Statutum, quo Notarii à Cæsaria Majestate vel Comitibus Palatinis creati non nisi eorum legalitas & fidelitas à Magistratu loci exploretur, instrumenta conficere aliosq; actus exercere prohibentur, de jure invalidum sit?*

II. *De Processibus & Mandatis ex l. fin. C. de edict. D. Hadrian. non tollend. & Ordinat. Cameræ part. 2. cap. 23. extrahendis.*

L.

I. *An super feudo Imperii ejusdemq; juribus compromitti possit?*

II. *Superioritas quomodo in concursu ex potioribus Regalibus & Juribus dignoscatur? Et quatenus à separatis speciebus Regalium, puta Appellationum, Collectarum Imperialium & Provincialium, Salvi-Conductus, Vectigalium, Fodinarum metallicarum, meri mixtiq; Imperii, mulctarum pœnarumq; compendiis, &c. ad omnigenum & universale Territorii jus dextrè arguatur?*

III. *An & quatenus testes ab incompetente, non citatâ parte, & aliis solennitatibus à jure requisitis omissis, examinati in antiquis probent?*

IV. *De jure venandi & convenandi.*

V. *Cui cedant fructus seu mulctæ jurisdictionis Forestalis?*

LI.

De jure vocandi & Jurisdictione Ecclesiastica, Reipubl. Sundensi competente.

LII.

De tumultu ob mutationem Religionis in Civitate Lemgoviensi excitato.

I. *Inquiritur in authores tumultus Anno 1609. Civitati L. injecti.*

II. *An Magistratus superior mutationem in Religionis negotio, subditis invitis, introducere? vel an subditi pro Religione & libertate Patriæ justè & rectè decertare, & arma defensiva opponere possint?*

III. *An superior ob actus quosdam Ecclesiasticos in Civitate L. exercitos sibi Jus Episcopale & Ecclesiasticam Jurisdictionem simpliciter vindicare, vel interim possessionem sibi asserere, & subditos ad petitorium adigere & compellere queat?*

IV. *Utrum Magistratui Civitatis L. imputari possit, quòd novitii Concionatores, cùm de negotii sui feliciori successu desperarent, & imprudentiam atque temeritatem suam agnoscerent, plebisq; concitatæ motus viderent, ob vim metúmve clam vel apertè se subduxerint vel aufugerint?*

V. *De justitia vel injustitia Mandatorum sive præceptorum extrajudicialium à superiori Magistratu emanatorum.*

VI. *De Mandato & Sententia quadam Cæsaria, & de paritione per Cæs. Majestatem injuncta.*

VII. *Defensionales articuli quomodo formandi & proponendi sint?*

LIII.

I. *An captivi per alienum territorium ad supplicium duci, vel ad ordinarium causarum criminalium judicem & locum delicti remitti debeant?*

II. *An Judex Domicilii vel etiam originis subditum ratione delicti extra suum territorium sub alterius Jurisdictione commissi punire possit, sive per viam accusationis, sive inquisitionis procedatur?*

III. *De Remissionibus Reorum capitalium ad Judicem loci delicti communi consuetudine hodie abrogatis.*

IV. *Fraus quando dicatur committi, vel non?*

THO-

THOMÆ MERCKELBACHI, THOMÆ MICHAELIS ET CASPARIS KLOCKI,

Juris-Consultorum hujus temporis Eminentissimorum, &c.

CONSULTATIONES SIVE RESPONSA JURIS.

CONSILIUM PRIMUM.

ARGUMENTUM.

De Indultis, Privilegiis & Immunitatibus Ordinis Johannitici, Equitumque Hierosolymitanorum; Et an Superioritas in pago **Heitters-heim** Serenissimæ Domui Austriacæ, illiusque nomine Illustri Regimini in **Ensisheim**/ vel Illustrissimo Magno Priori & Magistro in Alemania competat?

SUMMARIA.

1. *Quicquid intra* territorium *alicujus situm est, ad Dominum territorii & Jurisdictionis spectare videtur.*

2. Territorii *appellatione veniunt Jurisdictionalia & honorificentiæ; itemq; Jus Superioritatis, & num. 3.*

4. Privilegium *exemptionis à Pontifice concessum, non habet locum in temporalibus.*

5. Equites & milites Hierosolymitani *an sint Ecclesiastici? & num. 6.*

7. Clerici *dicuntur de districtu temporali, & districtuales seu provinciales Principis.*

8. Clerici *in realibus conveniuntur coram Judice laico.*

9. Protectionis *nomine continetur Jurisdictio.*

10. Privilegia *ex subsecuta possessione & observantia interpretationem recipiunt.*

11. Privilegium *usu non receptum nullius est momenti.*

12. Actus *subjectionis & obedientiæ unde dignoscantur?*

13. Jura & Privilegia *Ecclesiasticorum 40. annorum præscriptione evanescunt, & num. 14.*

15. Clerici coram *laicis non conveniendi.*

16. Clerici non *possunt renunciare privilegio fori, & num. 72.*

17. Clerici non *sunt, neq; unquam fuerunt subjecti laicis, quoad Jurisdictionem, sed sunt exempti etiam de Jure divino: Quæ exemptio quoque ad Equites Melitenses extenditur, & num. 18.*

19. Speciale *habet plus energiæ & ponderis, magisq; timetur, quàm generale.*

20. Privilegia Exemptionum *Johannitico de Republ. Christiana meritissimo Ordini collata recensentur hoc, & num. 21. 22. 34. 35. 39.*

23. Clausulæ motûs proprii, ex certa scientia & de plenitudine potestatis *Privilegiis inserta, omnia vitia purgant, omnemq; defectum tollunt, n. 24. & 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. ubi de virtute & efficacia harum clausularum prolixè disseritur.*

36. Privilegia *in remunerationem meritorum concessa in contractum transeunt, nulliq; revocationi sunt obnoxia: adeò, ut ne quidem ex capite ingratitudinis revocētur, n. 37. iisq; non censeatur derogatum per clausulam* non obstantibus, *n. 38.*

40. Successores *ex contractu prædecessoris obligantur, & quâ ratione Imperator Majora Majestatis jura ossibus & personæ ejus inseparabiliter inhærentia communicare nequit, n. 41. Licèt nonnulli Dd. contrarium statuant, num. 42.*

43. *Aliud de* Principibus *Superiorem recognoscentibus dicendum videtur, qui hujusmodi Superioritatem à se abdicare possunt.*

44. Magnus Prior *& Magister S. Johannis Ordinis, respectu bonorum ubivis in Imperio sitorum, immediatus Imperii status est.*

45. Bona fides *non patitur, ut unius rei nomine à pluribus & diversis quid exigatur.*

46. Territorium *ab omni servitute liberum præsumitur.*

47. Præsumptio *ex territorii ambitu promanans non stringit, alio actus terrendi ac Jurisdictionis exercente: & in Imperatore duntaxat lotum sibi vindicat, num. 48.*

49. Castra, *civitates & villæ, licèt de Jure communi territorium vel districtum non habeant, tamen de consuetudine habere possunt.*

50. Paria *sunt, exemptum esse, vel extra territorium.*

51. Ecclesia & Monasteria *non sunt de districtu laicorum; quod insigni præjudicio corroboratur, & num. 52.*

53. Imperium *ab Ecclesia dependere nonnulli autumant.*

54. Equites Melitenses *privilegiis Clericorum gaudent, nulliq; potestati seculari subjacent; quia etiam profitentur castitatem, paupertatem & obedientiam, num. 55.*

56. Privilegia Exemptionum Ordinis *Hierosolymitani non solùm personas, sed & bona nuncupatim complectuntur.*

57. Exemptio *afficit bona exempti, ubicunque sint, quia accedunt personæ, & non persona rebus.*

58. Ecclesiasticos *ne quidem in realibus ad forum seculare esse trahendos, quibusdam placuit, & num. 59.*

60. Collectæ *muneribus mixtis accensendæ, cùm principaliter personæ contemplatione rerum irrogentur.*

61. Collectarum *impositio à Jurisdictione & subjectione dependet, illisq; non nisi subditi gravantur.*

62. Magni Priores *Germaniæ nunquam Archiducum Austriacorũ Jurisdictionem agnoverunt.*

63. Ordinis Johannitici *bona semper sub Imperii defensione perstitêre.*

64. *Ex* protectionis *officio multi transierunt in usurpationem potestatis.*

65. Jus protectionis *nullam tribuit Jurisdictionem, & num. 66. 67.*

68. *Ea, quæ hactenus contra Ordinem Religiosum ab Illustri Regimine in* Ensisheim *attentata, nihil*

nihil proſunt ad acquiſitionem legitimæ poſſeſſionis; quæ etiam proteſtationibus & contradictionibus ſolenniter interpolata, num. 69. & 80.

70. Illuſtriſſimi Magni Priores *in Germania quo ſcopo ad Provinciales Conventus acceſſerint.*

71. *Ex* actibus *æquivocis nihil concludenter infertur.*

73. Prælati *confeſſio non præjudicat Eccleſiæ.*

74. Prorogatio *Jurisdictionis, in præjudicium Imperii facta, nulla eſt.*

75. Imperator *ſtatum mutare, honorem & Vaſallorum minuere, minimè poteſt.*

76. Illuſtriſſimus Magnus Prior *triplici ſubjectionis nexu, reſpective Sedi Romanæ, Magno Magiſtro in Inſula Melita, & Cæſareæ Majeſtati ſeu Imperio devincitur: ſecùs eſt in aliis Eccleſiaſticis Prælatis, & num. 77.*

78. *Aliud discrimen inter* Equites Religioſos *Hieroſolymitanos & alias Eccleſiaſticas perſonas, & num. 79.*

81. Præſcriptio *ſine poſſeſſione non procedit.*

82. Princeps *mediate privilegio præſcriptionem abolere poteſt; etiam immemorialem & centenariam, n. 83. & 84. Tametſi alii quoad immemorialem præſcriptionem contrà ſentiant, ſub num. 85. relati.*

86. Præſcriptio *99. annorum in præſcribendis Ordinis Hieroſolymitani juribus ex Bulla Pii IV. deſideratur.*

8 . Malæ fidei poſſeſſor *nullo unquam tempore præſcribit: adeò, ut hæc Exceptio ad decem millia millium opponi queat, num. 88.*

A DOMINO CONSILIUM.

CUm celeberrimus ordo Hoſpitalis S Joannis Hieroſolymitani à primæva ſua fundatione & origine, jam à ſexcentis plus annis non ſolùm ſanctæ Hoſpitalitatis opera, in adjumentum & auxilium pauperum Jesu Chriſti exercuerit, viduas, orphanos & pupillos defenderit; verùm etiam communi hoſti Chriſtiani nominis, Turcæ nimirum, utpote præcipuum totius Europę propugnaculum fortiter ſemper & intrepidè reſtiterit, nec non quotidiè adhuc omni conatu totisque viribus, in maximam totius Chriſtianitatis utilitatem reſiſtat, & in his omnibus nullâ omninò re, nec Equitibus & Religioſis dicti Ordinis, nec laboribus, rebus atque bonis, nec etiam ipſimet vitæ parcat, quin & proprio ſanguine hoc quotidiè conteſtetur: Hinc eſt, quòd præfato Ordini, non ſolùm à ſancta Sede Apoſtolica, ſed etiam à glorioſiſſimis pro tempore exiſtentibus Imperatoribus, Regibus & aliis Principibus Chriſtianis, maximis Indultis, Privilegiis & Immunitatibus, tam quoad perſonas religioſas, quàm etiam quoad ſuorum ſervos, vaſallos, ſubditos, inſuper & bona tam acquiſita, quàm in poſterum acquirenda, maturâ deliberatione proviſum ſit, quæ privilegia etiam hactenus à quibusvis in viridi obſervãtia habita ſunt, donec brevi ab hinc tempore Illuſtre Regimen in Enſisheim/nomine Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ, eundem Ordinem, præſertim autem Illuſtriſſimos Magnos Priores ſive Magiſtros in Alemania gravare & moleſtare cœperit, in hoc nimirum, quòd non ſolùm in eorum bona & ſubditos reſpectivè judicialiter & extrajudicialiter citando, mandando, puniendo, Appellationes recipiendo, res judicatas retractando, collectando, Jurisdictionem exercere, ſed etiam in ipſum Magnum Priorem ſive Magiſtrum, non ſecùs, uti Statum Provincialen., Superioritatem quandam affectare, eaque de cauſa eundem Illuſtriſſimum, ceu alios Status Provinciales immediatos etiam ad Conventus Provinciales evocare prætendat;

An Jure hoc fiat, vel Injuriâ, in disputationem venit.

RATIONES DUBITANDI.

Prius ſanè adſtruendum videbatur, quòd pagus Heittersheim/ in quo Illuſtriſſimus Magnus Prior & Magiſter aulam & reſidentiam habet, cum ſuis pertinentiis in Archiducatu Auſtriæ immediatè ſitus ſit.

§. Cæterùm, cùm in Jure ſit exploratiſſimum, ut, quicquid in territorio alicujus ſitum eſt, ad Dominum territorii quoad Jurisdictionem & Superioritatem ſpectare cenſeatur, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. pupillus. §. territorium, ff. de V. S. ubi Dd. c. omnes Baſilicæ 16. q. 7.* Boër. *deciſ. 227. n. 8.* Hieronym. de Monte *de finib. regund. c. 77. n. 1.* Gail. *tract. de pignor. obſerv. 8. n. 7.* Molin. *in Conſuetud. Pariſ. §. 68. gl. 1. in verb. Franc. aleu. n. 5.* Petr. Anton de Petra *de fideicommiſſ. q. 13. n. 421.* Joan. Bapt. Aymus *de Alluv. l. 2. c. 6. n. 10.* Camill. Borell. *conſil. 70. n. 34. & ſeq.* Fulv. Pacian. *conſil. 3. n. 15. & n. 46.* Weſenb. *conſil. 75. n. 4.* Mynſing. *conſil. 16. n. 34.* Nicol. Reuſner. *conſil. 21. n. 62. vol. 2. & alii prudenter omiſſi.*

Unde etiam Territorii appellatione venire Jurisdictionalia & honorificentias, poſt Baldum docuit Contard. *in l. unica C. ſi à moment. poſſ. appell. limit. 2. §. 5. n. 31* 2

Et denotare territorium Jus Superioritatis poſt Olrad. voluit Chaſſan. *in Conſuetud. Burg. rubr. 1. §. 1. verb. en territoire, num. 3. & 4.* 3

Effieitur ſanè hinc, præſumptionem hanc non parùm Sereniſſimis Archiducibus ſuffragari. 4

§. Idque eò magis, quòd *Secundò* de bonis & juribus temporalib9 in præſenti hypotheſi contendatur, ad quæ Summorum Pontificum exemptiones & privilegia, ſi quæ fortè ſplendidiſſimo Ordini indulta fuêre, vix porrigi poſſunt. Jurisdictionis enim temporalis exercitium Imperatori & Principibus ſecularibus, non etiam Pontifici Maximo competit. Reſtaur. Caſtald. *in tract. de Imperatore, q. 5. n. 4. & q. 52. n. 13.* Caſtrenſ. *conſil. 229. n. 3. vol. 1.* Cravett. *conſil. 996. n. 4.* Menoch. *conſil. 332. n. 11. & ſeq.* Auguſtinus Berous *conſil. 117. num. 1. vol. 3.*

Hinc litteræ Pontificis mera temporalia reſpicientes non ſe extendunt ad ſubditos, loca & Jurisdictiones Imperii. Burſat. *conſ. 200. n. 29. & ſeq.*

Utcunque verò ex jure communi exemptionem Eccleſiaſticorum eruere placuerit, nihilominus pro *Tertio* parum ſubſidii Illuſtriſſimo Magno Priori inde adcreſcit, quòd non ſine probabili ratione dubitare liceat, an Melitenſes Equites in numerum & claſſem Eccleſiaſticarum & Religioſarum perſonarum ſint aggregandi.

§. Ex quo, non propriè ſed largo modo eſſe Religioſos Hieroſolymitanos milites, ſenſit Natta *conſil. 508. num. 3. & 4.* Seraphin. *deciſ. 506. num. 5. vol. 1. in noviſſimis.* Franc. Vivius *deciſ. 446. n. 10.* 5

Et non eſſe Eccleſiaſticas perſonas, cùm arma liberè & ex profeſſo tractent, pro fidei tuitione exemplo Macchabæorum, quæ tamen Clericis non conceduntur, ſcriptum reliquit Petr. Gregor. *Syntagm. jur. univerſ. lib. 15. cap. 34. n. 3.* & Anchoran. *in Clem. cum ex eo de ſentent. excomm.* dixit, quòd hujusmodi milites non ſint ſub foro Eccleſiaſtico; refert Andr. Barbatia *in Apoſtill. ad Abb. in cap. nullus, num. 11. lit. S de for. compet* 6

Quinimò poſito, eos Eccleſiaſticis ſimpliciter eſſe accenſendos: attamen *Quartò* conſtat, Clericos & Præ- 7

& Prælatos dici de districtu temporali, vel districtuales & provinciales sui Principis. Olrad. *consil. 32.* Andr. Barbatia *consil. 1. num. 65. vol. 3.* (ubi etiam infert, quòd possint distringi & conveniri coram fisco regni ad solvendum tributa) Franc. Marcus *decis. 455. n. 8. pag. 1.* Valasc. *decis. 110.* Surd. *decis. 129. num. 13.* Hieron. Gigas *de crimin. læs. maj. lib. 1. quæst. 63. num. 2. fol. 126.*

Ita, quòd ratione universalis Dominii, quod habet Princeps in suo Principatu, Clerici terrarum subditarum illi Principi, dicantur naturaliter sive originaliter de dominio & ditione ipsius Principis, Gigas *d. loc. num. 3.* Et Clericos esse in universitate populi & partem civitatis, sicut & Magistratus, respondit Molinæ. *consil. 12. n. 4.*

8 Si verò in personalibus quid scrupuli subesset: tamen *Quintò* in actionibus merè realibus, Ecclesiasticos coram judice prophano forum sortiri, frequentiùs receptum est, ita ut hæc opinio in Germania, & alibi, quodammodò videatur esse canonizata. Mynsing. *Cent. 1. obs. 22. n. 2. & 4. & cent. 4. observ. 95. & cent. 5. observ. 93. n. 6. & consil. 47. n. 26.* Gail. *1. obs. 37. n. 4. & de pignorat. observ. 7. n. 2.* Guid. Pap. *decis. 1. n. 1. & seq. & decis. 77. & decis. 85.* Boër. *decis. 69. n. 8. 20. & seq.* Gabriel Saraynâ, *ad Matheslan. singul. 111. n. 34.* Molinæ. *d. consil. 12. n. 8.* Guil. Benedict. *in c. Raynutius. in verb. Et uxorem nomine Adelasiam. in decis. 2. n. 33. de testament.* Joan. Zanger. *de Except. p. 2. c. 1. n. 93.* Costal. *in l. venditor. 94. in fine. ff. de judic.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 32. gl. 1. & un. n. 81.* Renat. Choppin. *de legib. And. in pr. p. 2. n. 2. fol. 40. & de Sacra Politia, lib. 2. tit. 1. n. 6.* Joan. Gutierez *lib. 2. practic. quæstion. civil. qu. 132. n. 9.*

Non mirum itaque est, quòd Religiosi ad munera realia & Collectas Principi seculari obstringantur.

9 §. Accedit *Sextò*, quòd Serenissima Domus Austriaca sibi jus protectionis, respectu Heittersheim/ vendicet. Sub protectionis autem nomine plenam Jurisdictionem contineri, voluit Bald. *in l. 1. col. 2. C. si quacunq; prædit. potest.* relatus à Natta *cons. 636. n. 95. & seq.* Et accipere aliquem sub protectione, nihil aliud est, quàm accipere sub Jurisdictione & Imperio suo, formaliter tradidit Berous *consil. 65. n. 119. vol. 1.*

§. Cùm & Dominorum sit proprium tueri subditos, atque defendere. Natta *consil. 506. n. 12. in fin.* Roland. à Valle *consil. 18. n. 28. vol. 2.* Simon de Prætis *cons. 89. n. 10. cent. 3.* Joan. Bapt. Asinius *de execut. §. 3. c. 189. n. 5.* Thom. Grammatic. *decis. 104. n. 18.*

10 *Septimò* Juris non est incogniti, omnia privilegia ex subsecuta possessione & observantia esse metienda, utpotè qui privilegia declarare soleat, interpretarique. Bart. *cons. 59. n. 3. vol. 1.* Bald. *cons. 130. n. 2. vol. 1.* Sigismund. Loffred. *cons. 36. n. 8.* Joan. Francisc. de Ponte *cons. 51. n. 28.* Tiber. Decian. *cons. 55. n. 36. vol. 2.* Menoch. *cons. 276. n. 19.* Bertazzol. *cons. civil. 124.* Hondedæ. *cons. 84. n. 75. vol. 2.* Gutierez *lib. 5. practic. quæst. civil. q. 16. n. 76.* Vincent. de Anna *alleg. 53. n. 29.* Vincent. de Franchis *decis. 56. n. 6. & decis. 397. n. 12.* Joseph. Ludov. *commun. conclus. 38. n. 26.*

11 Adeò, ut privilegium usu non receptum nullius planè efficaciæ credatur. Cephal. *cons. 96. n. 16.* Cacheran. *cons. 34. n. 16.*

Tantum verò abest, ut Illustrissimus Ordo Hierosolymitanus in Austria privilegiis suis & immunitatibus usus fuerit, ut potiùs fateri necesse sit, inclytam domum Austriacam in contrariam observantiam & possessionem venisse, omnisq; generis actus Superioritatis & Jurisdictionis tam contra 12
Illustrissimum Dominum Magnum Priorem, ejusdemque Antecessores laudatissimæ memoriæ, quàm Ordinis subditos sine interruptione exercuisse, sed & potiùs Prædecessores in Comitiis Provincialibus, uti cæteri Provinciales Prælati, comparuisse, in commune consuluisse, primum votum & sessionem habuisse, cujusmodi actus subjectionem important. Gail. *de arrestis c. 7. num. 14.*

Quemadmodum etiam Archiduces in cæteros Ecclesiasticos Prælatos, quantumvis suo modo Imperium recognoscentes, uti Episcopum Constantiensem, Tridentinum, & alios, Superioritatem usurpant.

§. Quæ cùm ita se habeant, concludendum videbatur, Illustre Regimen in Ensisheim possessionem vel quasi Jurisdictionis contra Johanniticum Ordinem eò magis pro *Octavo* continuare posse, quòd ejusmodi possessio non nupera vel recens, sed longo annorum interstitio sit præmunita. Du- 13
bitationem enim non patitur, juribus & privilegiis Ecclesiasticorum 40. annis rectè præscribi. *c. cùm de beneficio, de præbend. in 6.* Mar. Mantua *cons. 282. n. 1.* Rot. Rom. *decis. 208. n. 1. p. 1. in noviss.* Camil. Borel. *cons. 32. n. 53. & 54.* Federic. Scotus *cons. 18. n. 4. lib. 5. tom. 1.*

Et in terminis privilegii Ecclesiæ competentis, 14
quòd illud 40. annis tollatur, respondit Joan. Botta *cons. 87. num. 42.* post Hieronymi Gabrielii *cons. 162. n. 1. lib. 1.*

RATIONES DECIDENDI.

Veruntamen etsi ea, quæ in favorem Serenissimæ Domus Austriacæ deducta sunt, adeò speciosa appareant, ut incautè advertenti fucum facere possint; negotio tamen præsenti, ejusdemque circumstantiis maturè consideratis, justiorem longè causam fovere religiosissimum Ordinem S. Johannis Hierosolymitani veriùs arbitramur.

§. In cujus rei evidentiorem confirmationem. 15
illud primùm oportet meminisse, Clericos vel Religiosos coram Laico non posse conveniri. *c. 1. c. si diligenti, §. fin. c. significasti, de foro compet.*

Quantumvis hi sive tacitè sivè expresè ejusdem 16
Jurisdictionem prorogarent. Natta *cons. 445. n. 7. & seq.* Cavalcan. *dec. 45. n. 77. lit. i. & dec. 28. n. 130. lib. 2.* Garz. Mastrill. *decis. 169. n. 11.* & passim Dd.

Præsertim, quòd non contemnendi JCTI, qui 17
Ecclesiasticarum personarum exemptionem juri divino adscribant. Tiberius Decian. *in tract. crimin. lib. 4. c. 9. n. 1. & 2.* Farinac. *in praxi crimin. lib. 1. tit. 1. qu. 8. n. 28.* Nicol. Everhar. Præses *cons. 42. n. 25.* Clar. *in §. fin. q. 36. n. 2.* Jacob. Anton. Marta *de Jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 64.* (ubi ex professo reprehendit Didacum Covarruviam contrarium propugnantem) Didac. Spino à Caceres *in speculo testament. gl. 30. principali, n. 72. versic. fundatur hæc opinio.* Petr. Barbosa. *in l. 1. art. 3. n. 174. & in l. si posteaquam 7. n. 217. ff. de judiciis.*

§. Quam exemptionem in specie ad Equites Me- 18
litenses, uti Deo dicatos, extendit Tiber. Decian. *d. l. 4. c. 9. n. 36.* relato etiam Felin. *in c. 2. n. 10. de foro compet.* Caspar Ant. Tessaur. *l. 1. forens. qu. 15. n. 6.*

§. Deinde cùm plus habeat energiæ & ponderis, 19
magisq; animos subeat, & timeatur, quod specialiter prohibetur, vel cavetur, quàm quod generali dispositioni includitur. *c. 1. de injur. in 6.* Chassan. *in Consuet. Burg. rubr. 8. §. 13. verbo, il 2. sont, n. 4.* Molinæ. *in Consuetud. Parisiensibus in princip. n. 12.* Gail. *2. obs. 1. n. 5.* Nicol. Intigrioli *de substitut. cent. 1. q. 12. n. 46.*

20 Sanè Exemptionem de Republica Chriſtiana meritiſſimi Ordinis, peculiaria eo nomine à Pontificibus Opt.Maximis conceſſa, & ſæpius ingeminata privilegia,efficaciùs corroborant. Siquidem in iis præſertim verò Clementis VII. de An. 1523. diſertè cautũ eſt, quòd Hoſpitale S. Johannis Hieroſolymitani, ac illius Baiulivæi Prioratus, Caſtellania, Empoſte,domus,Cameræ Hoſpitalia & loca quæcunq;, nec non MagiſterBaiulivi,Caſtellanus, Empoſte,Priores,Præceptores,Milites & Perſonæ, ac eorum ſubditi, vaſalli,coloni & ſervitores,ac illorum res,animalia,prædia,domus,molendina, & bona quæcunque, quæ obtinent & poſſident,ac in futurum canonicè obtinebunt & poſſidebunt, ſub Beati Petri & Sanctæ Romanæ Sedis,atqueSummi Pontificis protectione,ſuſcepti & ab omni Jurisdictione,correctione,viſitatione,onere,ſtatutis,bannis, dominio, ſuperioritate & poteſtate quorumcunque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Prælatorum, nec non quorumcunq; temporalium Dominorum, quamvis dignitate etiam Imperiali, Regali,Ducali,&c. ubicunque tam citra, quàm ultra mare, & montes conſtitutorum, &c.nec nõ à ſolutione &exactione paſſagii,pedagii, gabellæ, datii, collectæ,procurationis,jucundi adventus,& cujusvis oneris perſonalis, ſeu mixti, ordinarii, ubicunque & ex quacunque cauſa impoſiti vel imponendi,liberati & exempti,& dictæ Sedi, & Romano Pontifici immediatè ſubjecti ſint, ita, quòd ſuprà præfatiEccleſiaſtici temporalesDomini nullam in eos vel ea Jurisdictionem,Superioritatem, dominium,exactionem ſeu poteſtatem exercere debeant, etiamſi forſan hactenus per abuſum, ſeu alterius privilegium aut negligentiam, etiam per logiſſimum tempus taliter obſervatum nõ fuerit,quæ quidem etiam præſcriptiones nullo pacto, ſaltem in poſterum, quò minùs hujusmodi exemptionibus uti poſſint, obſtare ſimul decernitur, ſub excomunicationis latæ ſententiæ,& quadrupli, ultra damna & expenſas, reſtitutionis pœnis,per contrafacientes eo ipſo incurrendis, &c.

21 §.Neque tantùm à Summis Pontificibus,ſed etiam *Tertiò* Regibus & Imp.Roman.Clariſſimo huic Equeſtri Ordini privilegia exemptionum fuerunt conceſſa,& non interruptâ ſerie crebrò confirmata. Ita enim FRIDERICUS I. Anno 1185. hoſpitales domos Ordinis in omni loco Imperii ſitas, cum omnibus pertinentiis, tam hominibus, quàm rebus cæteris, mobilibus & immobilibus,ſub Imperiali tuitione ſanciendo perenniter conſtituit,& ab omnibus exactionibus & angariis, & ab omni onere pecuniariæ tributionis omnino liberas pronuntiat, adeò, ut nulla Eccleſiaſtica vel ſecularis perſona in Ordinis bona,tam futura, quàm præſentia,& ipſorum domos Jurisdictionem poſſit exercere, turbare, nec etiam Ordinis perſonam, aut patrocinio ejus commiſſam angariare, vel implacitare, aut ad expeditionem cogere, aut ad opera ſervilia compellere, aut ab iisdem pedagium aut telonium capere, vel aliquid de bonis Ordinis & hominum ejus extorquere, ſub pœna quinquaginta librarum auri.

22 §. Quod privilegium à ſubſequentibus Imperatoribus, è Sereniſſima Auſtriaca proſapia, magna ex parte,oriundis: RUDOLPHO I. A.1274. ADOLPHO A. 1295. CAROLO IV. A. 1372. & 1378. CAROLO V. A.1545. FERDINANDO A.1559. MAXIMILIANO II. A. 1574. RUDOLPHO II. An. 1577. inſertis ubivis prægnantibus clauſulis motus proprii, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, item clauſula caſſante & irritante, ſupplentes, &c. non modò confirmatum, ſed etiam, pœnis gravioribus inſertis, auctius fuit redditum.

§.De harum Clauſularum virtute operandi non 23
eſt,quòd nos tædioſiùs diffundamus,cùm prolixiſſimè earũ vim & efficaciam Dd. paſſim inculcent; illud dũtaxat hoc in loco indicaſſe contenti, quòd clauſulæ motus proprii,ex certa ſcientia & de plenitudine Apoſtolicæ & Imperialis poteſtatis, quæ privilegiis inſertæ ſunt,omnia vitia purgent. Jacob Philippus Portius *conſ. 1. n. 46.*

Omnemque defectum, ſi quis ineſſe poterat, 24
tollant. Guido Pancirol. *conſ. 105. n. 9.*

Adeò, ut contra gratias & privilegia taliter ful- 25
cita nihil,quod eadem annullet vel irritet,opponi, Pariſ. *conſ. 46. n. 43. vol. 3.* Riminaldus Sen. *conſ. 73. n. 2.* Grammatic. *conſ. 100. n. 24. & ſeq.* Dec. *conſ. 269. n. 11. & conſ. 171. n. 9.* Franciſc. Bec. *conſ. 56. n. 47.* Hippol. Riminald. *conſ. 79. n. 9.*

Et ne quidem eadem in dubiũ revocari, Pancir. 26
conſ. 10. n. 9. Men. *conſ. 181. n. 36. & conſ. 378. n. 17.*

Sed nec judices ad hujusmodi conceſſiones ma- 27
nus adponere queant.Hipp.Rimin. *conſ. 569. n. 185.*

Præſertim quòd præfatæ clauſulæ motus pro- 28
prii, ex certa ſcientia,de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus ſimul junctæ ſint, quæ ad grave tertii præjudicium operari ſolent. Burſatus *conſ. 349. n. 22. & ſeq.* Surd. *conſ. 278. n. 20.*

Nec ſilentio prorſus involvendum,Clauſulam, 29
caſſantem,irritantem & annullantem(cujus etiam in Caroli IV. & V. privilegiis expreſsè fit mentio) in contrarium actæ, eò vires ſuas exercere,ut contra eam conſenſus ac renunciatio partium nihil valeat. Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb. revertatur, n. 231. C. de revoc. donat.* Celſ. Hugo *conſ. 60. n. 55.* Vaſqu. *l. 2. controverſ. uſu frequent. c. 37. n. 2. & ſeq.*

Itidem non ſolùm diſcolorat titulum & poſſeſ- 30
ſionem,ſed etiam detentionem infectam reddit & vitioſam,Alv.Valaſc. *dec. 79. n. 8.* Bert. *conſ. 173. n. 6.*

Ignorantesque afficit, Bertrand. *ibidem num. 5.* 31
Covarruv. *pract. quæſt. c. 9. n. 7.*

Nec non immemorialem præſcriptionem ex- 32
cludit. Mynſing. *conſ. 19. in fine.* Joan. Bapt. Coſta *tract. de fact. ſcient. & ignorant. reg. 12. n. 5.*

Inſuperque tam malignantis naturæ eſſe dicitur, 33
ut, quicquid invenit, deſtruat, & in oppoſitum diruat. Fulv. Pacian. *conſ. 29. n. 12.*

Inprimis autem & *Quartò* non eſt ſicco pede 34
prætereundum, victorioſiſſimum Imperatorem Carolum V. in privilegio confirmatorio & declaratorio de dato Antwerp. 24.Maji,A.1540.omnes conceſſiones, exemptiones & immunitates non modò innovaſſe, ſed nuncupatim etiam eodem hæreditarias Provincias, Ihrer Käiſ. Majeſt. Erblanden conſtrinxiſſe & arctaſſe, ſubjunctâ graviſſimâ pœnâ ſuæ Cæſ. Majeſt. indignationis, nec non centum marcarum auri: Idque Edicto perpetuo valituro, ſupplendo omnem defectum,in forma ampliſſima, &c.

§.Inſignem verò *Quintò* privilegiis & exemptio- 35
nibus religioſiſſimi Ordinis & ejusdem membrorum conciliat autoritatem,quòd præclariſſima in Rempublicam Chriſtianam merita & ſemper in procinctu militiæ ſacræ & maximis periculis verſentur, hujusmodi remunerationem expoſcant. Nam ut invictiſſimus Imp. Rudolphus I. in ſuo diplomate confirmatorio verè cum elogio profitetur,fratresSacriOrdinis hoſpitalis S. Johannis, qui ſpretâ ſeculari militiâ,contra paganicæ peſtilentię agmina producentes, intrepidè vexilla victoriæ Chriſtianæ, ſuaq; ſigna militiæ,rubicantes in ſanguine glorioſi Martyrii, ſtrenuè dimicando cum bar-

barbaris nationibus, pretiosæ se morti tradere non formidant, à Regiæ Celsitudinis brachio tantò attentiùs confovendos, tantoq; sublimiùs honorandos, quantò ferventiùs pro defensione Catholicæ fidei dignoscuntur in castris Dominicis militare.

36 §. Notissimi siquidem juris est, privilegia in remunerationem meritorum concessa in contractu transire, nulliq; revocationi esse obnoxia. Tiraq. *in d.l. si unquam. verb. donatione largitus, n. 14. C. de revocand. donat.* Carol. Tapia *in l. fin. p. 2. c. 9. n. 6. ff. de const. Principum.* Hipp. Rim. *cons. 546 n. 96. & cons. 556. n. 118.* Bec. *cons. 129. n. 48.* Surd. *cons. 419. n.*
37 *51.* Elb. Leonin. *cons. 25. n. 6.* Bott. *cons. 87. n. 45.* Adeò, ut ne quidem ex capite ingratitudinis revocentur.
38 Bertr. *cons. 154. n. 4. vol. 3. p. 1.* Quibus quoq; non intelligitur derogatum per clausulas, Non obstantibus, &c. Alph. de Azevedo *in const. Reg. Hisp. lib. 5.*
39 *tit. 10. l. 7. n. 28. Sexto*, si Serenissimi Archiduces Austriæ, præmissis tam Pontificũ Maximorum, quàm glorioſissimorum Imperatorum ex eorundem familia procreatorum sæpius ingeminatis privilegiis & concessionib9, adjectione tam formidabilium ecclesiasticarum censurarum, quàm aliarũ temporalium pœnarum vallatis, ut Illustrissimum Principem supremum Ordinis Magistrum, neq; in persona, neq; in rebus ampliùs inquietent, flecti persuaderiq; nequeant, quod tamen vel ea de causa minimè sperandum est, cùm hoc modo aliis Imperii Statibus privilegia Austriaca à Romanis Imp. promanantia, itidem impunè controvertendi, vel etiam violandi, infringendiq; daretur occasio. *arg. tit. ff. de eo, quod quisq; jur. in alterum stat. & quæ ibidem in l. 1. §. si quis apud, n. 4.* Bologn. *in terminis impetrationis privilegii accommodat.*

Sanè laudatissimorum Antecessorum contract9
40 & cessiones, quæ eosdem, uti Successores & hæredes de jure obligant, proculdubio monebunt, ne aliàs non observantes gesta Prædecessorum dent similiter materiam successoribus dissolvendi gesta per se. *c. institut. 25. qu. 2.* Tib. Dec. *cons. 35. n. 6. vol. 2.*

§. At D. Rudolphus Comes de Habspurg pro se & suis successoribus An. 1289. omni juri feudali, quod sibi in bonis spectantibus, & ad Curiam Heittersheim/ quam Joannes Miles Dietericus Henricus dicti de Schlingen/ in feudo quondam à Nobili viro, Ottone de Rotteln suo, ratione eorundem bonorum, Vasallo tenuerint & possederint, & D. Commendatori & fratribus S. Johannis Hierosolymitani in Freyburg vendiderunt, aliis bonis in recompensationem acceptis, expressè renunciavit, ut ita nullum jus, quàm directum dominiũ in villa Heittersheim habuisse, illudq; à se planè abdicasse videatur, præsertim quòd paulò pòst An. videlicet 1297. Henricus & Rudolphus Marchiones de Hochberg/ uti immediati Ordines Imperii, donationem, concessionem, cessionem ab eorundem Patre D. Henrico Marchione de Hochberg/ qui & religionẽ S. Johannis intravit, quâ Religiosis viris Commendatori, & fratribus domus Hospitalis S. Johannis Hierosolymitani in Freyburg/ omne bannũ, advocatiam, sive Jurisdictionem meri & mixti Imperii, causarum criminalium & civilium, quæ sibi competebat, vel competere poterat, ex quacunq; causa, jure, seu titulo qualicunq; in villa Heittersheim/ ejusq; banno seu districtu, super hominibus advenis seu indigenis ibidẽ cum servitutibus, angariis, superangariis quibuscunq; sibi indicta villa debitis, cesserunt & tradiderunt, factã ratificant & approbant, & saltem in eventũ, si quæ acta sunt superiùs, invalida essent, in feudum concedunt, remittentes perpetualiter juramenta homagii, cum ulteriori declaratione, quod pro universis servitiis, ratione feudi debitis, contenti esse velint orationibus dictorum fratrum, &c.

§. Ex præmissa utiq; renunciatione & cessione palàm est Austriacę domui saltem directum dominiũ competiisse, quod tamen Comes de Habspurg Rudolphus, nullo planè jure Superioritatis reservato, à se abdicavit.

§. Quamvis autem in concessione vel alienatione 41
Ecclesiæ ab Imp. facta, jus Superioritatis, quasi illud ossibus Cæs. Majest. inseparabiliter adhæreat, nunquam translatum intelligitur. Bertr. *cons. 56. n. 1. vol. 6.* Jas. *cons. 123. vol. 1.* Roland. à Valle *cons. 1. n. 115. l. 2* Franc. Caldas *cons. 28. n. 58.* Licèt non con-
42 temnendæ authoritatis JCti. contrarium statuentes, uti Mand. *cons. 62. n. 14. & seqq. & cons. 46. n. 47.* Card. Thusc. *pract. concl. in lit. C. concl. 178. n. 13. & lit. D. concl. 689. n. 8. & seqq. & lit. I. concl. 40. n. 6. & seqq.* Aliud tamen in Principibus Superiorem recog-
43 noscentib9 decidendum venit, qui hujusmodi superioritatem à se possunt abdicare. Marcabrun. ab Anguillis *cons. 99. n. 31.* Pacian. *cons. 3. n. 10. & seqq.*

Porrò & *Septimò*, si Illustrissimum Magnum Prio-
44 rem & Magistrum S. Johannis Ordinis prẽter omnẽ spem tot privilegia & exemptiones Summorum Pontificum, & invictissimorum Imperatorum, non juvarent, sed is ratione bonorũ temporalium, uti personã secularẽ repræsentans, foret cõsiderand9.

§. Inde tamen Serenissimæ Domui Austriacæ nihil subsidii accederet, quòd ab immemoriali tempore Ordinis Magistri, respectu bonorũ ubivis in Imperio sitorum, ab Imperio dependentiam habuerunt, albo Imperii inscripti, ad Comitia Imperialia vocati, comparuerunt, deliberationibus interfuerunt, & cum reliquis Imperii membris contribuerunt, quæ omnia luculenter, eum Statũ Imperii immediatum esse, evincunt. Leonin. *cons. 50.* Gail. 1. *obs. 21.*

§. Meminisse *Octavo* nolumus, ab omni juris & æ- 45
quitatis ratione longè abhorrere, Principem Imperii, qui nõ modò Cæsareo Fisco de omnibus in Germania passim sitis bonis, quæ, uti corpus, Principatum efficiunt, pensitat, sed etiam in Melitensem Insulam, propugnaculũ Europæ contra abjuratos Christiani nominis hostes, subsidia mittit, novis collectis, à Serenissima Austriaca Domo, contra privilegia subjugari, & ita ad triplicẽ collectam de facto adigi. Quod tam in Recessibus Imperii, quàm jure communi vetitum est, uti in Recessu Imperii de A. 1541. §. Und nachdem etliche Stände/ &c. Gail. 2. *obsev. 53. n. 3.* Vincentius de Franchis *decis. 22. n. 3.* Hieron. de Laurent. *decis. Avenion. 140. n. 1.*

CONFUTATIO RATIONUM DUBITANDI.

Sed Justitia causæ Sacri Ordinis S. Johannis Hierosolymitani adhuc magis in lucẽ prodibit, ex refutatione eorum, quæ in favorem Serenissimorũ Archiducũ prolata sunt, ad quam nũc accingimur.

§. Itaq; non moramur, quòd Johanniticæ Aulæ sedem in Austriaco Territorio & Superioritate positã esse, ex adverso oggeritur. Primò enim hunc situm 46
prorsus inficiamur, contendentes, ad Prioratũ Alemaniæ in Heittersheim territoriũ à ditione Austriaca spectare, illudq; tantisper ab omni servitute liberũ existimari, donec contrarium doceatur. Loffred. *cons. 29. n. 4.* Camill. Borell. *consil. 46. n. 7.*

§. Insuper & tum illa ex territorii ambitu resul- 47
tans præsumptio vires suas perdit, quando actus terrendi ac Jurisdictionis ab alio fiunt. Cravetta *cons. 673. num. 11. vers. 5.*

§. In quibus terminis hîc versamur, cùm religiosissimus Ordo multis seculis sine interrupta serie, à concessione Marchionum ab Hochberg/ solus & Superioritatem & Jurisdictionem per omnes gradus exercuerit. Ne interim urgeamus, præsumptionẽ

48 univerſalis Jurisdictionis ex territorii finibus ſurgentem, in Imperatore duntaxat admitti, non etiã in Inferioribus. Gabr. *in com. opin. l. 1. de prob. concl. 9. in pr.* Cravet. *d. conſ. 615. n. 13.* Brun. *conſ. 156.*

49 Præſertim quòd hodie de conſuetudine Caſtra, Civitates, Villæ, diſtincta territoria habere intelliguntur. Pariſ. *conſ. 16. n. 27. vol. 4.* Natta *conſ. 636. n. 31.* Pac. *conſ. 26. n. 99.* Maſcard. *d. prob. concl. 217. n. 13.*

50 Quid? quòd paria in jure putentur, exemptum eſſe, vel extra territoriũ. Weſ. *conſ. 33. n. 20.* Schrad. *de feud. p. 2. c. 9. n. 157.* Franc. Viv. *dec. 34. n. 45.* Felin. *in c. Rudolphus, n. 17. de reſcript.* Quò loci ſcripſit ambitum comprehendere quædam loca, quæ non ſunt de diſtrictu, ut Monaſteria & Eccleſiæ. Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. n. 108.* Natta *conſ. 643. n. 7.* Dec. *conſ. 51. n. 20. verſ. nam & locus, vol. 3.*

51 §. Qua ratione laicorum territorio Eccleſiæ ſolum non contineri, ſed extra territorium & exemptum eſſe, notat Cravett. *conſil. 918. n. 6.*

52 Idque inter cætera in cauſa Monaſterii Oberſteinfeld/contra Ducem Wirtenbergenſem in Camera Imperiali non parùm ad victoriam profuit. Etſi enim Dux ex Jure advocatiæ, & Univerſitatis territorii ſibi jus collectandi vindicaſſet; attamen 24. Maji Anno 1587. per ſententiam ſuccubuit.

§. Cæterùm Ordinẽ religioſiſſimũ, cum omnibus membris & bonis, ab omni Jurisdictione ſeculari exemptum & liberatum eſſe, ſuprà reſpondimus.

§. Haud quoq; negocium faceſſit illud, quod de Summi Pontificis poteſtate, quaſi illa non extendatur ad temporalia, fuit adductum: Siquidem Sereniſſimi Archiduces Auſtriæ, uti Sacroſanctæ Sedi, & Catholicæ Religioni addictiſſimi Principes, ſummorum Eccleſiæ Antiſtitum authoritatem, quoad temporalia, in dubiũ revocare, nefas eſſe ducent:

53 cùm & ſint, qui Imperium ab Eccleſia dependere defendant. Lancellot. *in templ. omn. jud. l. 1. c. 1. §. 2. q. 2.* Hieron. Gigas *de crimin. læſæ majeſt. lib. 1. rubr. qualit. & à quib. crimen læſæ majeſt. commit.* Portius *conſ. 167. n. 102.* Ludov. Molina *de juſt. & jure diſp. 29. verſic. ex dictis infero, &c.*

Tametſi non pauci reclament; in cujus rei indagatione non eſt, ut hîc cum faſtidio diutiùs hæreamus, cùm non modò à ſummis Pontificibus, ſed etiam Regibus & Impp. Romanis Ordo D. Johannis Hieroſolymitani à ſeculari jurisdictione exemptionem & libertatem meruerit.

§. Tertium fundamentum, quo militibus ſacris qualitas Eccleſiaſtica ſubtrahitur, languidius eſt,

54 quàm ut operoſa refutatione indigeat. Vulgò enim notũ eſt, eos eſſe verè religioſos Eccleſiaſticos ſub regula D. Auguſtini, eaq; de cauſa omnibus privilegiis Clericorum gaudere, nulliq; poteſtati ſeculari ſubjacere. Tib. Dec. *conſ. 51. n. 9. vol. 3.* Men. *conſ. 54. n. 17.* Pacian. *de prob. l. 2. c. 34. n. 98.* Alv. Valaſc. *deciſ. 14. n. 8* Cæſ. de Graſſis *dec. 1. n. 11. & ſeq. de prob.* Renat. Choppin. *de jure cœnob. lib. 2. tit. 1. n. 24.* Marc. Ant. Surgens *de præfect. præt. l. 1. c. 27. n. 27.* Teſſaur. *l. 1. for. qu. c. 18. n. 3* Gratian. *l. 2. diſceptat. for. c. 363. n. 23.* Thuſc. *concl. 107. n. 2. tom. 4.* Vaſq. *lib. 3. illuſtr. controv. c. 105. n. 49.* Quia etiam profitentur caſti-

55 tatem, paupertatẽ & obedientiã, tria ſubſtantialia veræ & regularis religionis vota. Guerrin. Piſ. Soac. *in præl. feud. c. 33. n. 3. & ſeq.* Illud verò, quod quarto loco ad enervandã exemptionem objiciebatur, Eccleſiaſticos videlicet eſſe de diſtrictu Domini temporalis, abſolutè verũ non eſt, ſed duntaxat in favorabilibus admittitur, ut Dd. paſſim explicant.

§. Quinta ratio dubitandi, quatenus reales actiones prophani judicis Imperio eſſe obnoxios, pleriq; aſſerunt, non magnopere Sereniſſimis Archiducibus patrocinatur.

§. Nam primò ipſa privilegia Exemptionũ Ordinis Hieroſolymitani non modò perſonas, ſed etiam bona nuncupatim complectuntur, de quorum privilegiorũ viribus tantò minùs hæſitandũ, quòd aliàs etiam res non privilegiatæ conditionem perſonarum debeant ſequi privilegiatarũ, exemptioque afficiat bona exempti, ubicunq; ſint, quia accedunt perſonæ, & non perſona rebus. Celſus Hugo *conſ. 60. n. 31. & ſeq.* Menoch. *conſ. 1087. n. 17.* Franc. Bec. *conſ. 141. n. 1.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. n. 631. in fin.*

Deinde magni nominis JCti proniores ſunt in eam ſententiam, ut arbitrentur, Eccleſiaſticos ne quidem in realibus ad forum ſeculare eſſe trahendos. Bald. *in auth. Clericos, poſt princ. C. de Epiſc. & cler. & in c. 2. de jud.* Marian. Soc. *in c. ſanè p. 10. de foro compet.* Joan. Maſſa Galleſ. *ad form. cameral. oblig. p. 2. q. 2. n. 3. fol. 205.* Olrad. *conſ. 83. n. 3. & ſeqq.* Guid. Pap. *dec. 77. n. 2.* Afflict. *dec. 2. n. 5.* Cavalc. *dec. 3. n. 26.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. n. 54.* Roland. à Valle *conſ. 12. n. 37. & conſ. 24. n. 13. vol. 2.* Nic. Everh. Præſes *conſ. 42. n. 30.* Peregrin. *conſ. 9. n. 16. vol. 3.* Hondedæ. *conſ. 3. n. 21. vol. 1.*

Ea propter & rectè monuit Menoch. *3. retinend. poſſeſſ. remed. n. 326. & n. 351.* non ſolùm inſpiciendum eſſe locum rei ſitæ, ſed etiam qualitatem ipſius adverſarii conveniendi.

§. Tertiò in contrariam ſententiam allegati loquuntur ut plurimùm de peculiaribus Regni Galliæ & aliarum provinciarũ moribus, quibus hujusmodi praxis invaluerit; quam utique conſuetudinem nulli repudiant. Bald. *d. ſuprà loc.* Amedæus de Ponte *in quæſt. quis ſit judex feud. n. 71. & ſeq.*

Ita nec quidquam ſtringit, quòd Collectas mu- 60
neribus realibus nonnulli adnumerant; cùm verius ſit, eas in Catalogo numero mixtorum eſſe reponendas, quæ imponuntur principaliter perſonæ contemplatione rerum. Bald. *in l. unic. n. 33. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. & in Auth. defuncto vers. quæro modo. C. ad Tertyll.* Natta *conſ. 105. n. 7.* Erneſt. Cothman. *conſ. 11. n. 1. vol. 1.* Roſenthal *de feud. c. 5. concl. 8. n. 10.* Ut mirum non ſit, impoſitio- 61
nem Collectarum à Jurisdictione & ſubjectione pendere, iisque non niſi ſubditos gravari. Dec. *conſ. 41. vol. 1.* Flamin. de Rubeis *conſ. 1. n. 16. vol. 1.* Surd. *conſ. 525. n. 18.* Franc. Bec. *conſ. 73. n. 9.* Stephan. Gratian. *lib. 1. diſcept. forens. c. 29. n. 6.*

Magni Priores autem Germaniæ nunquam Ar- 62
chiducum Jurisdictionem agnoverunt.

§. Fruſtra quoq; Sereniſſimi Archiduces ſexto loco ad protectionis patrociniiq; jus provocant; ſiquidem in Friderici I. Diplomate de A. 1185. diſertis fuit diſpoſitũ verbis, quòd omnia ipſorũ bono- 63
rum bona, per totum Imp. longè lateq; conſtituta, quæ in præſenti poſſident, vel in poſterũ præſtante Domino juſtè poterunt adipiſci, ſub Imp. defenſione ſemper debeant conſiſtere. Nec minùs à ſubſequentib9 Impp. Henr. VII. & aliis hoc fuit innovatũ. Igitur ſi Impp. ſunt protectores & conſervatores Ordinis Hieroſolymitani, omniumq; ejusdem poſ- 64
ſeſſionum & bonorũ, non poterit inclyta Auſtriaca familia Jus protectionis (quæ etiã gradus cenſetur ad uſurpandum alterius Subditorũ ſubjectionem, Petr. Greg. *de Rep. l. 23. c. 3. n. 3.* affectare. Duo enim ejusdẽ rei non poſſunt eſſe in ſolidum poſſeſſores.

§. Secundò etſi citra veritatis læſionem Archiducibus protectionis Jus largiremur: nihil tamen inde ad Superioritatem Jurisdictionemq; neceſſariò ſolideq; inferre liceret; cùm tritiſſimum & decan- 65
tatiſſimum ſit Dd. axioma, Jus patronatus aut protectionis nullam tribuere Jurisdictionem. Bart. *in l. etiam hi. n. 12. C. de excuſat.* Dec. *in c. ad audien-*

tiam

tiam n. 3. de appellat. Ægid. Boss. *in pract. tit. de Principe, n. 263.* Petra *de jure quæsit. non tollend. c. 22. n. 9.* Men. *de arbitr. judic. quæst. cent. 1. q. 100. n. 19.* Communem dicit Gail *2. obs. 54. n. 4.* Far. *in dec. rotæ roman. 146. n. 8. & seq.* ubi dicit, protectionis ex jure nec possessionem nec facultatē collectandi colligi, nec jurisdictionem aut dominium tribui.

66 §. In quam sententiam etiam responderunt Castrens. *cons. 313. n. 3. vers. verba autem alia, vol. 1.* Jason *cons. 57. n. 3. vol. 3.* Franc. Curt. Junior *cons. 124. n. 1.* Alb. Brun. *cons. 86. n. 4.* Barthol. Socin. *cons. 74. n. 7. vol. 1.* Natta *cons. 636. n. 1.* Wesenb. *cons. 40. n. 30.* Hondedæ. *cons. 13. n. 57. vol. 1.* Hieron. Gabr. *consil. 195. lib. 2.* Bertazzol. *cons. crimin. 511. n. 36.*

67 Quod eleganter exequitur Petr. Greg. *de Rep. lib. 10. cap. 11. n. 6.*

Baldum verò, protectionis nomine plenam Jurisdictionem contineri, affirmantem, rectè Natta *d. cons. 636. n. 1. & 95. & seq.* exaudit de subdito protectoris, quam subjectionem hîc planè negamus.

§. Pari ratione Septimum Fundamentum, quòd Ordinis Hierosolymitani per Germaniam toties renovata privilegia non sint in observantiam deducta, erroneum est. Sed & Illustre Regimen in Ensisheim quietam & tranquillam possessionem exercitæ in Illustrissimum Magnum Priorem & Magistrum, ejus Antecessores, ejusque Subditos & bona Jurisdictionis, vel alterius Superioritatis, nunquā

68 poterit docere. Quæ enim paucos ante annos à Regimine de facto attentata sunt, illa, uti actus violenti & vitiosi, nullius ponderis momentique ad quasi possessionem acquirendam putantur. Bart. *in l. sequitur, §. si viam, n. 6. ff. de usucap.* Mandel. *const. 78. n. 15.* Rol. à Valle *cons. 13. n. 48. vol. 3.* Natta *cons. 408. n. 15.* Cephal. *cons. 441. n. 36.* (ubi loquitur in materia Jurisdictionis) Gail. *de arrest. c. 1. n. 22.* Lancel. *de attent. p. 2. c. 4. declar. 4. n. 50.*

69 Maximè, quòd Illustrissimi Magni Priores hisce molitionibus & innovationib9 protestando reclamârint, qua contradictione possessionis acquisitio impeditur. Cravetta *cons. 400. n. 8. & cons. 554. n. 3.*

70 Cæterùm, quòd DD. Magistri & Priores in Germania interdum ad provinciales conventus accesserint, & in commune deliberarint, fuit illud in causis pacem publicam, ejusdemque tuitionem concernentibus, quam sartam tectamq; tueri, non minùs eorum, quàm Archiducum ob contiguam loci vicinitatem, intererat, Constitutione pacis publicæ, quæ omnes Imperii subditos constringit, hoc efflagitante factum, vel etiam cum protestatione & reservatione privilegiorum. Ex actibus verò

71 æquivocis nihil concludenter vel certò potest inferri. Nicol. Everhard. Præses *cons. 21. n. 8.*

Demus verò, Illustrissimos Magnos Priores citra contradictionem conventibus Provincialibus interfuisse, sed & Archiducum prætensæ Superioritati se non opposuisse; nihil tamen inde ad ordiné præjudicii, in diminuenda libertate, redundabit.

72 Aut enim Principes consideramus, ut Ecclesiasticos: aut verò, ut Imperii Status & Ordines immediatos. Ecclesiasticos privilegio fori non posse renunciare, in jure expeditum est. *c. si diligenti, de foro compet.* Roland. à Valle *cons. 4. n. 10. vol. 1.* Surd. *cons. 2. n. 17.* Joseph. de Sese *dec. 74 n. 59.* Vincent. de Franchis *decis. 400. n. 6.* Franc. Vivius *dec. 125. n. 1.* Gail. *1. observ. 40. n. 7.* Covarruv. *pract. quæst. cap. 10. n. 5.* Farinac. *in praxi criminal. qu. 9. n. 10.*

73 Aliasque juris est non & incerti, Prælatum confessione sua, sive tacita sive expressa, non posse præjudicare Ecclesiæ. Mascard. *de prob. concl. 367. n. 1.* Petr. Ant. de Petra *de fideicommiss. quæst. 13. n. 286.* Matth. Coler. *in c. si diligenti, n. 16. de præscript.*

Præsertim quòd nunquam Illustrissimi Magni Magistri & Conventus, imò ne quidem Capituli Provincialis consensus intervenerit.

§. Similiter nec uti Principes & Status Imperii, 74 se ejusdem Superioritati & Jurisdictioni subtrahere, & alterius potestati prorogando subjicere potuerunt. Gail. *de arrest. c. 6. n. 31.*

Adeò, ut ne quidem Imperatori integrum sit, 75 subditum vel vasallum, ab Imperio dependentem, inferioris Jurisdictioni subjugare, ex quo nequit honorem & statum vasallorum & Ordinum Imperii mutare. Jason *cons. 93. n. 6. lib. 2.* Guid. Pancirol. *cons. 185. n. 15.* Lancellot. Gallia *cons. 46. n. 39.*

ni Imperii Principes ac Proceres tunc temporis, cùm plerique Pontificiæ Religioni addicti, in 100. gravaminibus (utcunque perſtringat hæc gravamina Burſat. *conſ. 126. n. 86.*) & quidem gravamine 73. in Comitiis Noricis adversùs Sedem Romanam Anno 1522. exhibitis: Neque hoc plerisque (inquiunt) longâ experientiâ rerum ac eruditione doctis probatur, quòd Judices Eccleſiaſtici, quibusdam in locis, diuturni uſus, quaſi poſſeſſionis adimpletæque præſcriptionis prætextu, laicorum controverſias coram ſe dirimendas hactenus præſumpſerunt. Nam ea ex re Cæſarea Majeſtas Roma- 42
numque Imperium haud parum detrimenti patitur; utputa, quòd non minimus Imperii honor, temporalis ſcilicet Jurisdictio memoratæ præſcriptionis velamine minuitur, attenuatur, & penitus ab Imperio ad Eccleſiaſticos refertur: Quod contra recepta apertaque Jura, nemo eſt, qui neſciat; quibus ſtatuitur & cavetur, ut nulli præſcriptioni, quantumvis longæ, adversùs præeminentem, tum Papæ, (videlicet in Spiritualibus) tum Cæſaris, (videlicet in temporalibus) poteſtatem, ſit locus. *Hactenus Ordines Imperii.* Quorum gravaminum fit 43
mentio im Reichs-Abſchied de Anno 1530. §. als auch Teutſcher Nation. fol. 123. & apud Sleid. *lib. 4. mihi fol. 50. lat. 2. & fol. 52. lat. 2.*

§. Inſuper & periculum illud refricandarum litium, jam dudum ſopitarum, non adeò extime- 44
ſcendum eſt: cùm & poſſeſſores jure præſcriptionis ex titulo quoque putativo reſultantis potiùs, quàm authoritate rei judicata ſatis ſint muniti. Quamvis enim titulus ſententiæ invalidari potu- 45
iſſet, præſcribendi tamen cauſam præbuit Flamin. de Rubeis *conſ. 75. n. 21. & 22. vol. 2.* Caſtrenſ. *conſ. 34. n. 4. verſic. ulterius etiam, vol. 2.* Natta *conſ. 636. n. 58.* Decian. *conſ. 24. n. 121. libr. 1.* Petr. Gilkenius *de præſcriptionibus, part. 2. membr. 1. cap. 21.*

Per ſententiam enim erroneam & injuſtam da- 46
tur juſtus titulus & etiam uſucapiendi conditio. *l. ſi per errorem, ubi* Bart. *ff. de uſucap.* Molinæ. *conſ. 17. n. 29. fol. 83.*

Porrò quæ de prorogatione & conſenſu, qui ex Impetrantium hac in cauſa variis actibus in Curia Romana geſtis ex adverſo eruitur, excipiendo adducun-

ducuntur, replicando, sicut etiam superiora, satis elisa sunt, & ulteriùs facilè ex sequentibus refelluntur.

Primò quippe ab initio non Impetrantes, sed Rei Antecessores ab Officiali Monasteriensi Curiam Romanam appellârunt. Quæ igitur ex postfacto Rei ejusque Prædecessorum translata acciderunt, non culpâ Impetrantium, sed primam causam præstantium contigerunt, ideoq; iis solis meritò imputanda sunt, nedum ut ipsorum commodo cedant, argum. *l. non fraudantur, 134. §. 1. de reg. jur.* 47

Secundò, Errore etiam inducti Impetrantes censentur, quòd coram Judice Ecclesiastico in causa prophana citati comparuerunt. In foro enim minùs competenti non ex certa scientia, sed per errorem litigare quis præsumitur, etiamsi in finem usque ibidem litiget, & qui scientiam ejus allegat, eam probare debet. Speculator *tit. de competent. judic. adit. §. 1. num. 7.* & ita communiter concludi testatur Jason *in l. si per errorem, num. 10.* & Zasius *ibidem num. 14. ff. de jurisdiction.* 48

Intervenio autem erroris in eo Judice, qui ipso jure inter litigantes vel in causa controversa Jurisdictionem non habet (ut in nostro casu certum est, ipso jure non competere Curiæ Romanæ cognitionem super causa prophana in Imperio discutienda) impedit prorogationem Jurisdictionis, & hoc operatur, ne processus à Judice factus ullo modo valeat, sive ille error consistat in facto, sive in jure, sive ex parte unius litigantis, sive utriusque interveniat. Jason *in d. l. si per errorem, numer. 9.* Zasius *ibidem num. 8. ff. de jurisdictione, & Doctores cæteri ibidem.* Schrad. *tractatu feudali part. 10. sect. 1. num. 139.* 49 50

Tertiò: Etsi maximè de consensu Impetrantium in Jurisdictionem Curiæ Romanæ constet, rectè tamen responderi potest, eum quantocunq; tempore roboratus, & quibuscunque etiam actibus confirmatus sit, nihilominus in præjudicium Jurisdictionis Imperii, Jurisque publici nullius valoris esse, sed quocunque tempore revocari posse, Textus *in lege, jus publicum ff. de pactis.* 51

Cùm enim causæ appellationum concernant authoritatem Superioris & Majestatem Imperii, eæ nec utraque parte consentiente apud Judicem incompetentem ventilari poterunt, cessatque in iis omnis partium prorogatio. Bald. *ad tit. de pace constantiæ, ad §. in causis, in verbo, Secundum mores, versic. & est notabile*, ex Felino, Speculat. & Alexand. Robertus Maranta *in speculo part. 4. distinct. 12. n. 22.* Costald. *ad l. 1. in fine ff. de judic.* Marc. Ant. de Amatis *decis. 33. num. 11.* Stephan. Gratian. *decis. 78. num. 31. & seq. & decis. 145. num. 11. & 12.* 52

Ut quæ generatum locum non habet, quandocunque tertii Superioris interesse vertitur, uti latè docet Bald. *consil. 121. n. 10. volumine 3.* Hieronymus à Monte *de finibus regund. cap. 11. n. 12.* Marinus Freccia *lib. 2. in decima authoritate.* Schrader. *d. tractat. feudal. part. 10. sect. 1. n. 163. & seq.* Cæsar. Ursill. *in addition. ad Afflict. decis. 155. n. 3.* Anton. Sola *in constitutionib. Sabaud. rubr. de foro compet. ad verbum, Subditos nostros, gloss. 3. n. 9.* Bernard. Muscatell. *in praxi civili part. 2. gl. competentes. n. 47. & seqq.* Cacheran. *decis. 78. num. 12.* Mandos. *de Inhibit. quæst. 123. n. 5.* Amed. de Ponte *in Quæst. Quis sit judex in causa feudali, n. 49.* Jacob. Riccius *de unione prolium, cap. 4. num. 39.* Joan-Baptista Asinius *de execution. §. 9. cap. 17. per totum.* Bursat. *cons. 397. in præsenti n. 9.* Henning. Göden *consil. 62. n. 5.* In terminis Anton. Faber. *in Codicem lib. 7. tit. 28. definit. 19. num. 14. & 15.* Caspar Rodericus *de annuis reditib. lib. 1. qu. 17. n. 71. ubi dicit*, quòd laici consensus non possit Regi, cujus Jurisdictio temporalis est, præjudicare. 53

Neque obstat, si fortè diceretur, utcunque in Superioris præjudicium ejus prorogatio admittenda non sit: Attamen posse hoc casu ipsosmet Impetrantes proprio facto & consensu semel Curiæ Romanæ accommodato, ac tot actibus approbationem inducentibus confirmato resistere, nisi propriam turpitudinem allegare velint, cujus allegatio à limine judicii agentem repellere solet. *l. transactione 30. C. de transact. cum similibus.* 54

Sufficienter enim idipsum eo refutatur, quòd omnes prætensi actus consensum in Pontificis Jurisdictionem arguentes lege & constitutionibus Imperii repugnantibus, ex Impetrantium parte celebrati sint, & in præjudicium publicum Imperii tendant, prout suprà probavimus. In actibus autem contra legem, seu lege resistente gestis, licita est propriæ turpitudinis allegatio. Jason *in l. jusjurandum, quod §. Procurator. limitat. 10. ff. de jurejurando.* Peckius *de amortizatione bonorum, cap. 14. n. 2.* Schraderus *dicto tractatu feudali, part. 10. sect. 20. n. 200. qui plures allegat.* 55 56

Et hujusmodi suo facto à lege propter publicam utilitatem & præjudicium alterius improbato cuilibet contravenire, illudque quocunque tempore improbare licet. *l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. libr. 11.* Thomas Grammaticus *decis. 12. n. 14.* Peckius *in c. quod semel placuit. n. 10. versicul. aliqui communem sententiam, & in cap. quæ contra jus, n. 9. de regul. juris in Sexto.* Idem Peckius *de amortizatione bonorum, dicto capite 14. n. 1.* Schraderus *dicta part. 10. sect. 20. n. 201.* Riccius *de unione prolium cap. 7. n. 94.* Natta *consil. 293. suprascripta. n. 5.* Cravetta *consil. 542. oppugnatur. n. 4.* Joan. Vincentius Hondedæus *consil. 3. n. 44. & seq. vol. 1.* 57

Idque sanè eò magis in nostra hypothesi dicendum, quòd non minùs, imò magis Reus, quàm Impetrantes actus à Legibus & Imperii Constitutionibus prohibitos in Curia Romana gesserint. Licitum autem utique è contra, eum, qui turpitudinis particeps est, propriam allegare turpitudinem, ut probat Barthol. Cæpolla *cons. 57. n. 4. vol. 3.* 58

Quibus omnibus consequens est, Exceptiones à parte Rei adductas, quæ & sufficienter per Impetrantes replicando elisæ sunt, etiam in facto ita veras esse, præsupponendo nihil substantiæ Mandati & intentionis Actorum detrahere, ideoque paritionem in forma consueta cum expensis Reo injungendam esse.

In quo proniores æquissimos Dominos Judices futuros esse existimandum est, quòd non modò favor Imperii præponderare, *Nov. 17. c. 13. in fin.* & in dubio pro ejusdem Jurisdictione pronunciari debeat. Gail. 1. *Obs. 21. num. 9.* 59 60

Sed & ipsimet Jurisdictionem & Superioritatem Imperii sartam tectam contra quoscunque servare peculiari juramento arctissimè obstringantur. Recess. Imper. Anno 1557. §. Weiter / &c. Quemadmodum & de impedimento & occupatione Jurisdictionis temporalis solus Rex, regiusque Senatus cognoscit. Caspar. Roderic. *d. tract. de annuis reditib. lib. 1. q. 17. n. 71. in fine.*

Et ita salvâ peritiorum veniâ Juris esse censeo. 15. Junii Anno 1616. Fiscali pro defensione juris Superioritatis decretum Mandatum pœnale.

Thomæ Michaelis.

CON-

CONSILIUM TERTIUM.

An Cameræ Jurisdictio obitu Imperatoris expiret?

SUMMARIA.

1. VIcariis *vacante Imperio poteſtas judicia exercendi in A. Bulla tributa: atque ita poſt obitum Maximiliani I. obſervatum num. 2. Reſpondetur ad fundamentum num. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.*

3. Cameræ Tribunal *ab Imperatore & Statibus ſimul erectum.*

4. Camera *Imperatorem quoad contentioſam Jurisdictionem repræſentat, ejuſq; nomine proceſſus decernit: Refellitur & declaratur n. 38.*

5. Repræſentari *nequit, quod ampliùs non eſt.*

6. Princeps, *uti caput hominis, cum aliis membris conſtituit unum totum & integrale.*

7. Mortui *nullum eſt imperium: Reſpondetur ad hoc argumentum num. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47.*

8. Præſide *defuncto expirat ejus omniumq; Officialium munus.*

9. Vicarii Jurisdictio *mortuo Epiſcopo extinguitur: Ratio adſignatur n. 50.*

10. A morte Pontificis *ſtatim omnia officia Romæ usque ad electionem novi ſuſpenduntur, exceptâ duntaxat Officialium Cameræ Apoſtolicæ functione: Vide quoque num. 51.*

11. Officium Auditorum Rotæ Romanæ *in juſtitiæ adminiſtratione mortuo Pontifice expirat: Illuſtratur ulteriùs exemplo Conſervatorum num. 12.*

13. Cameræ *Jurisdictio competit ordinaria; & num. 14.*

15. Ordinaria Jurisdictio *morte concedentis non evaneſcit: Secus in Jurisdictione delegata. n. 16.*

17. Cæſarea Majeſtas *& Status Imperii ſimul Jurisdictionem, ejuſq; exercitium in Cameram contulerunt.*

18. Camerales *peculiari juramento devintiuntur, & nominantur perpetui ac togati Imperii Senatores.*

19. Imperium *nunquam moritur, quamvis Imperator deceſſerit. num. 20.*

21. Judices *per populum electi non caſſantur.*

22. Curſus Cameræ *ſub obtentu Vicariatus aliquâ innovatione vel remorâ interrumpi nequit.*

23. Mutatio Judicis *& Adſeſſorum Reipubl. perniciosa; & n. 24.*

25. Judicis *à Principe ad ſuæ utilitatis beneplacitum creati Jurisdictio morte Principis non expirat; & num. 26.*

27. Publicæ utilitatis *ratione multa contra Juris Regulas conſtituta ſunt.*

28. Curiæ in Galliis, *cæteriq; Magiſtratus, Rege defuncto, imperium poteſtatemq; retinent; Quod firmiſſimum eſt Regni munimentum num. 29.*

30. Conſiliarii *Parlamenti Delphinatus perpetui.*

48. *Ejus eſt interpretari & declarare, cujus eſt condere.*

49. *Alia hodie, quàm olim,* Magiſtratuum *Romanorum eſt ratio.*

A DOMINO CONSILIUM.

CÆſareæ Majeſtatis morte an Cameræ Jurisdictio expiret, vel ita ſit in ſuſpenſo, ut citra Vicarii Imperii confirmationem munus ſuum in juſtitiæ adminiſtratione obire nequeat? hodie quàm maximè controvertitur.

Extingui autem aut ſaltem ſuſpendi *Primò* Aurea Bulla ſuadet *tit. 5.* quatenus vacante Imperio poteſtas judicia exercendi Electorib. Palatino & Saxoni, uti Vicariis & Imperii Proviſoribus, vigore antiquiſſimi privilegii tribuitur. 1

Idque jus non ſolùm abrogatum nullibi invenitur, ſed & *Secundo* poſt obitum Maximiliani I. laudatiſſimæ memoriæ Anno 1519. in obſervantiam & praxin fuit deductum. Nec eſt, ſi quis excipiat, tum temporis aliam, quàm hodie, fuiſſe Cameræ faciem, & eam à ſolo Imperatore conſtitutam: Replicabitur enim, conſenſu Electorum & Statuum erectam Ordinat. Cam. de Anno 1495. diſertè oſtendere. Und obwoln damals zu Unterhaltung deß Cammergerichts Sportulæ auf die Sachen proportionabiliter geſetzt / ſo iſt doch Anno 1500. wiederum geſchloſſen / daß Herrn Cammerrichtern und Beyſitzeren ihr Sold von dem Geld / ſo von deß Reichs Verordneten Hülff gefallen / entrichtet / und beſagte Sportulæ, wegen einkommener vielfältiger Klag hinfüro abgeſtellet ſeyn ſollen / hernacher aber und im Jahr 1507. hat Käiſer Maximilian bewilliget / daß alle und jede Gefäll deß Cammergerichts Cantzeley / auch von Fiſcaliſcher Sachen und Straffen / ſo damals vorhanden / oder künfftig in ſechs Jahren ſich begeben würden / zu Unterhaltung deß Cammergerichts zu verwenden. Dieweilen aber ſolche Fiſcaliſche und Cantzeley Gefäll das erſte Jahr ſich nicht ſo hoch erſtrecken würden / haben die Stände von ihrem Geld obbeſtimmte Zeit aus dem Mangel zuerſtatten ſich anerbotten: welche Verordnung auf dem Reichstage zu Cölln Anno 1512. wieder auf 6. Jahre und Anno 1518. bis auf einen künfftigen Reichstag prorogirt worden. Inmaſſen die Reichsabſchiede / und D. Nicolai Ciſneri Anzeig der Cammergerichts-Ordnung einverleibt / *tit. 42. p. 1.* diß alles lauter ausweiſen. Itaque & Camera eo tempore Cæſar. Maj. & Statuum ſimul tribunal neque in aliquo hactenus alteratum fuit. 2 3

Tertiò Camera non modò Imperatorem quoad contentioſam Jurisdictionem repræſentat. Gail. *1. obſerv. 1. num. 7.* Mynſing. *4. obſ. 5.* 4

Sed etiam nomine Imperatoris, uti capitis, proceſſus emanant. Ordin. Camer. *part. 3. tit. 12. §.* Und ſo ſolch. Gail. *1. obſerv. 14. num. 1. lat.* Denais *in jur. Camer. c. 225. num. 4.*

At quod ampliùs non eſt, repræſentari nequit: Et capite deficiente vix poteſt conſiderari jurisdictio & dignitas, quæ apud defunctum Cæſarem in concreto fuit; quinimò eadem potiùs uti perſonæ conhærens cenſebitur extincta. Petr. Barbos. *in l. quia tale. 14. num. 81. ff. ſol. matrimon.* 5

Princeps enim uti caput Reipublicæ non minùs quàm caput hominis unà cum aliis membris conſtituit unum totum & integrale. Menoch. *conſ. 1157. num. 8.* 6

Sed & *Quartò* ſub nomine Imperatoris ampliùs proceſſus emanare nequeunt; cùm mortui nullum ſit Imperium: Quare ſi Camera priſtinam autoritatem reſervare velit, Sereniſſimorum Electorum Palatini & Saxonis confirmatione & ſigillo opus habere videtur, quòd hi vices futuri Imperatoris in adminiſtratione juſtitiæ durante interregno ſuppleant. 7

Quintò nec hæc ſententia juris ratione deſtituitur *ex l. diem functo. ff. de offic. adſeſſ. per quem text. dixit* Baldus, mortuo Præſide ante finitum officium nedum exſpirare ejus officium, ſed etiam omnium ejus Officialium ſive ordinariorum, ſive delegatorum. Ludovicus Molina *libr. 1. de Hiſpan. Primogen. c. 25. n. 12.* Joann. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. 1. n. 11.* Covarruv. *pract. quæſt. c. 4. n. 4.* 8

Sicuti

9 Sicuti etiam Vicarii quantumvis ordinarii Jurisdictio mortuo Episcopo, quicum constituit, statim interire consuevit. Covarr. *d. l. n. 4.* Molina *d. c. 25. n. 13.* Barbos. *in d. l. quia tut. n. 93.* ubi hos eleganter explicat. Lancellot. Conrad. *in temp. omn. jud. lib. 2. c. 6. §. 1. de Constitut. Vicar. Episcop. n. 7. fol. 850.* Paul. Fuscus *in singular. lit. V. verbo, Vicarius. n. 26.* Ludov. Molina *tract. 5. disputat. 10. n. 2. de Jurisd.* Hieron. Cævall. *in specul. com. opin. contra communes, quæst. 771. num. 8. & seqq. part. 3.*

10 Denique & Sextò exemplo hæc assertio potest comprobari: ita in urbe Roma obtinuit, ut omnia officia morte Pontificis usque ad electionem novi suspendantur, exceptâ duntaxat Officialium Cameræ Apostolicæ functione, juxta Clement. *ne Romani §. eo autem proviso, de elect.* quæ ideo post obitum Pontificis perpetuantur, ne reditus temporales ad Romanam sedem pertinentes, sine quibus spiritualia diu esse non possunt, interim negligantur, sicut hanc rationem adsignat Decius *cons. 404. n. 4.* qui tamen ibidem *& n. 8.* subjungit, eos potiùs videri Officiales Apostolicæ sedis, quæ non moritur, *c. si gratiosè. de rescript. n. 6.*

11 In specie autem officium auditorum Rotæ in justitiæ administratione expirare, vel silere morte Pontificis, utcunque de ea cognoscere inceperint, voluit Card. Zabarell. *in Clem. auditor. 913. n. 15. de rescript.* quam & retulit Joan. Franc de Pavinis *de officio & potestate capituli sede vacante, p. 1. q. 2.* licèt is hoc ipsum de eo videatur exaudire casu, quando res adhuc est integra.

12 Quemadmodum & potestatem conservatoribus datam quoad negotia nondum cepta per obitū Pontificis extingui, tradidit Guid. Pap. *dec. 247.*

13 In contrarium verò Cameræ Jurisdictionem etiamnum durare, Primò inde evincitur, quòd eidem Jurisdictio competat ordinaria. Gail. *1. obs. 33. n. 1. & obs. 41. n. 5.* Mynsing. *consil. 24. num. 2.* Claud. Cantiuncula *consil. 24. n. 23. & seq.* Petr. Denais *in adsertione Jurisdictionis Cameræ, fol. 42. & sequentib.*

14 Auditores enim Principis vel Papæ ordinarii perhibentur. Jason. *in l. mors. n. 52. ff. de Jurisd.* Franc. Marc. *decis. 348. n. 4. p. 1.* Vicent. de Franchis *decis. 143. n. 8.* Lancellot. Conrad. *in templ. omn. jud. lib. 2. c. 6. §. 1. de Constit. Vicarii Imperii, n. 11. fol. 852.* Anth. Corset. *de potestate regia, p. 5. num. 56.*

15 Sed ordinaria Jurisdictio morte concedentis neutiquam evanescit. *d. l. mors.* Jason. *in l. 51. n. 36. n. 9. ff. de re judic.* Barbos. *in l. quia tale. n. 85. n. 83. & n. 92. in fin.* Franc. Marc. *dec. 778. n. 3. p. 1.* Peregin. Janninius *de citat. reali, lib. 1. c. 1 n. 657. & seq.* Ludov. Molina *de justit. & jur. tract. 5. disput. 19. num. 1.*

16 Quamvis secus sit in Jurisdictione delegata, res adhuc existat integra. *l. & qui. ff. de Jurisd.* Capell. Tholos. *decis. 365.* Joan. Castillo. *lib. 2. quotid. controversiarum c. 29. vide etiam* Stephan. Gratian. *in addit. ad decis. 144. n. 3.*

17 Tantò fortiùs verò pro Secundo id hîc stringet, quòd Cæsar. Maj. & Imperium vel ejusdem Status simul Jurisdictionem Imperii ejusdemque exercitium in Cameram contulerint. Gail. *d. obs. 41. n. 4. vers. accedat.*

18 Ad cujus quoque tuitionem non modò omnes Camerales peculiari devinciuntur juramento, sed & in specie Dn. Judex & Adsessores, uti Cæsaris Ordinumque in Imperio vicem gerentes, præclaro hoc elogio in Memoriali de Anno 1570. ornantur, ut perpetui & togati Imperii Senatores nominentur. D. Petrus Denais *in jur. Cam. tit. 15. §. 8.*

Imperium verò nunquam mori, tralatitium est. 19 *Novel. 6. §. licentia. in fin.* Paris de Puteo *in compend. Isernii, tit. 11. de alienat. feudi.* Bald. *consil. 159. num. 3. & seq. vol. 3.* Restaur. *de Imperat. q. 9. n. 8.* Alciat. *cons. 4. num. 61. lib. 4. & in rubr. 17. de offic. ordinar.*

Quinimò perpetuò durare, quantumvis Impe- 20 rator decesserit. Marcus Anton. Peregrinus *de jure fisci lib. 1. sub rubr. habentes jura fiscal. n. 6. fol. mihi 68.* ita ut nunquam vacet. Petr. Antibol. *de munerib. §. 4. n. 99.*

Sed & invaluit, Judices per populum (cujus per- 21 sonam Electores & Ordines Imperii repræsentant. Cardin. Nicol. Cusanus *de Concordantia Catholica, lib. 3. cap. 4. §. unde Electores.*) electos, utcunque Dominus confirmans moriatur, non cassari. Petr. Barbosa *d. l. quia tale, n. 94.* Lud. Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. d. c. 25. n. 13.*

Quartò in ipsa Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 35.* 22 à Cæsar. Majest. & Statibus Imperii disertè cautum est, daß dem Käiserl. Cammer-Gericht/ ohnverhindert einiger suspension, sein freyer ohnverhinderter Lauff gelassen werden soll/ nihil itaque sub obtentu Vicariatus in ea potest innovari. Est enim Ordinatio Imperii Lex novissima, quæ censetur prioribus derogare, ea de causa etiam nulla Vicariatus in renovatione Ordinationis Cameræ Anno 1555. facta mentio injecta fuit.

Quintò Reipubl. Statuum Imperii, nec non li- 23 tigantium, quàm maximè interest, ut Dominus Judex & Adsessores munus suum in administratione justitiæ citra omnem suspensionem porrò continuent, cùm alioqui fœda confusio esset subsecutura, si, deturbatis Adsessoribus doctrinâ & praxi instructissimis, novi fortè imperiti parumque exercitati in locum vacantem substituerentur: Quod incommodum probè etiam expendit Petr. Greg. *de Republ. lib. 4. cap. 5. n. 39.*

Unde & tolerabilius esse, existimavit JCtus Ul- 24 pianus *in l. prætor eos, 13. §. f. ff. de vacat. ex excuss. muner.* Judicem, qui semel cognovit, tantisper expectare, quam Judici novo rem rursum judicandam committere. Hier. à Cævall. *in thesaur. commun. opinion. contra communes, q. 425. n. 22.*

Sextò illa consideratio publicæ utilitatis & hoc 25 efficit, quòd Judex à Principe ad suæ utilitatis (quæ alioqui per mortem extinguitur, *d. c. gratiosè. de rescript. in 6.* Farinac. *in pract. crim. q. 29. n. 73. & seq.* Fabian. de Anna *cons. 14.*) beneplacitum creatus morte Principis Judex esse non desinat: uti hoc 26 publicæ utilitatis gratiâ receptum esse, insinuat Vantius *de nullit. tit. de nullit. sentent. ex defect. deleg. Jurisdict. n. 104.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. quæst. q. 69. numer. 8.* Mascard. *de probation. concl. 188. qui plures cumulat.* Vincent. Caroc. *decis. 8. num. 5.* Facit huc Alvar. Valas. *de emphyt. quæst. 34. num. 6.*

Aliasque expeditum est, ratione publicæ utilita- 27 tis multa contra juris regulas inducta esse. Joan. Petr. Surdus *cons. 210. n. 29. & seq.* Petr. Anton. de Petra *de jur. quæst. non tollend. c. 11. n. 5. fol. 189.*

Publicam verò utilitatem quàm maximè efflagitare, ne cursus laudatissimi hujus Tribunalis aliquâ innovatione vel remorâ interrumpatur, nemo, opinor, cui modò Respublica curæ cordique fuerit, inficiabitur.

Septimò, si & hîc exempla attendere placuerit, occurrit cum primis florentissimum Galliæ Regnum, in quo Curiæ cæterique Magistratus Prin-

28 cipe mortuo Imperium & poteſtatem nihilominus retinent, ita ut Rege defuncto nec vultuũ mutent, nec lugubri veſte utantur: quantumvis novus Princeps novo Reſcripto eorundem Imperium
29 confirmare ſoleat. Joan. Bodin. *de Republ. lib. 4. c. 3. fol. 669.* (ubi etiam Imperii Gallici fundamentum firmiſſimum in eo eſſe arbitratur) *& fol. 692.* Idem atteſtantur Guil. Bened. *in c. Rainutius, verb. duas uxores, n. 39. de teſtam.* Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. n. 81. & ſeq.* uterque rectè relatus à Petro Barbos. *in d. l. quia tale n. 84.* Franc. Marc. *deciſ. 778. n. 1. & 2. p. 1.* Petr. Gregor. *de. Rep. d. lib. 4. c. 5. num. 39. & lib. 9. c. 1. num. 34.* Gerhard. Maynard. *deciſ. 23. lib. 2.* Anton. Ferion. *in Conſuetud. Burdeg. tit. de feud. §. 17. fol. 286. verſicul. Et in Gallorum.*

30 Inde quoq; Curiæ Parlamenti Delphinatus Conſiliarios perpetuos appellat Guid. Papa *dec. 195. n. 1. addatur his* Ant. Gamma *dec. Luſitan. 353.* Joan. Gutier. *lib. 3. pract. quæſt. civil. q. 11. n. 11. & ſeqq.*

Quemadmodum dictum Judicem & Adſeſſores nomine perpetuorum & togatorum Imperii Senatuum à Cæſar. Majeſtate & Commiſſariis aliisq; Statibus in viſitat. de Anno 1570. inſigniri ſuprà memoravimus.

31 Fundamenta quoque affirmativæ haud difficulter poſſunt enervari. Nam quod de Aurea Bulla allegatur, vix eſt, ut quicquam obſit, cùm Cameræ Ordinatio ſit conſtitutio noviſſima, quæ omnibus ſanctionibus anterioribus, quatenus hæ curſum Imperialis judicii ſiſterent, vel eidem impedimento forent, derogaſſe videtur, ut dixi in quarta ratione pro negativa. In Proœmio enim Ordin. de Anno 1555. dicitur, daß man die Cammer-Gerichts-Ordnung hinfüro halten / dagegen aber alle andere Ordnung und Satzungen / ſo dieſer Ordnung zuwider verſtanden werden möchten / hiemit caſſirt und abgethan / die / wie auch alle andere reſcripta, commiſſiones, avocationes, juſſiones und Befehl / an Vollziehung derſelben nicht hindern ſollen.

32 Inſuper & hoc conſtat, quòd in renovatione Ordinationis Cameræ de Anno 1555. à Sereniſſimis Electoribus, Palatino & Saxone, in Electorali Senatu, Vicariatus rationem in caſu abſentiæ Cæſareæ Majeſtatis haberi, idque Ordinationi inſeri petitum, à reliquis verò Dominis Coëlectoribus hoc minimè attentum ſit, ut vel hinc intentio Electorum & Imperii Statuum liqueat, Vicariatum ab hoc Cæſareæ Majeſt. & omnium Statuum noviter conſtituto judicio extendentium.

33 Tertiò ipſemet Imperator vivus non potuit hoc Imperii judicium ſuſpendere vel ejusdem curſum ſiſtere, multò minùs tollere: abſurdumque itaque foret, ampliorem Vicariis Imperii in eo tribuere
34 poteſtatem. Et cùm Imperialis Camera Imperatori ſoli rationes decidendi & rota in cauſis quibusdam aliquando efflagitanti ea de cauſa gratificari noluerit, quòd ſententiarum ſuarum, non niſi reviſoribus ab omnibus Imperii Statibus deputandis, teneantur reddere rationem, non facilè Vicariis Imperii (ſi nomen & ſigillum exceperis) ſe ſubmittet, vel ſibi quid ab his præſcribi patietur.

35 Ut proinde rectè videatur ſenſiſſe D. Petrus Denais, quatenus ſtatuit *in adſert. jurisd. Camer. Imper.* in reliquis quidem publicis functionibus Electores interreges Vicarios eſſe, ſed non in hoc Jurisdicendi munere, *fol. 46. verſ. quod autem.*

36 Non obſtat Secundò præjudicium de An. 1519. quia hodie alia quàm tum temporis forma Cameræ exiſtit, cùm olim interdum à ſolo Imperatore, aliquando etiam à Statibus ſuſtentaretur, judiciumque hoc necdum fixâ ſede conſtitutâ ambulatorium, vagum, quinimò regnante Maximil. I. omnis viſitationis à Cæſare & Ordinibus ſimul inſtituendæ expers eſſet.

Addo, poſt mortem Maximilian. I. exiguum nu- 37
merum Adſeſſorum: (ſeptem enim commemorat Catalogus Perſonarum Cameræ) fuiſſe, qui & ob peſtem graſſantem aliò migrarunt, nec etiam ab Electore Palatino quantumvis rogati, ut ad munus priſtinum redirent, illudque continuarent, perſuaderi non potuerunt. Intelligo etiam, procuratoria in Vicariatus judicio exhibita, erecto rurſum Cameræ tribunali renovata, vel novam legitimationem procuratoribus fuiſſe injunctam; alias circumſtantias interim omitto.

Progrediendo ad Tertium affirmativæ Funda- 38
mentum, jam ſuprà in ſecunda ratione negativæ attigimus, Cameram non modò Cæſaream Majeſtatem, ſed & totum quoad contentioſam Jurisdictionem repræſentare Imperium. Itaque utcunq; Imperator è vivis eximatur, Imperium tamen & ejusdem Jurisdictio, non tantùm à Cæſarea Majeſtate, ſed omnibus Imperii Ordinibus ſummo huic Auditorio concredita, ſalva nihilominus manet.

Haud levem illud gignit difficultatem, in quo 39
Quartum affirmativæ Fundamentum conſiſtit, ſub cujus nomine & ſigillo proceſſus ſint decernendi & emittendi. Quoad ſigillum quidem ejus rei, uti & totius Cancellariæ cura ad Reverendiſſimum D. Archiepiſcopum Moguntinum, Principem Electorem Sereniſſimum ſpectat, juxta textum *in Ordinat. Cameræ part. 1. tit. 27. §.* So will auch. ubi ſtatuitur: Daß der Verwalter und andere / ſo ſolch Sigill durch Höchſternennten Herrn Churfürſten zu Maintz als Ertz-Cantzlern befohlen / bey ihren Pflichten daſſelbe in guter Acht und Verwahrung haben ſollen. Quod munus arduum Cancellariatus etiam Imperatore mortuo etiamnum durare, vix ullam patitur dubitationem. Quocirca nihil aliud ſupereſt, quàm ut 40
Collegium Camerale ſe ea in re Electorali Moguntinæ reſolutioni tantò magis accommodet, quòd Archiepiſcopo Moguntino, Principi Electori, pro ſe & Succeſſoribus à Carolo V. Anno 1530. Auguſtæ, cum conſenſu omnium Imperii Ordinum, der Cantzley Verwaltung halber / und was deroſelben anhängig / in optima forma peculiare fuerit conceſſum privilegium. Omnium maximè verò ejus nomen proceſſibus inſerendum ſit.

Sanè Aurea Bulla ſuadere videtur, nomen Sere- 41
niſſimorũ Electorum Palatini & Saxonis uſurpandum eſſe. Nec enim ſolius Electoralis Palatinatus ſufficit, cùm Cameræ Jurisdictio non tantùm Rhenanum, Suevicum & Franconicum Circulum; ſed etiam Brunsvicenſem, Saxonicum, Pomeranum, Holſaticum tractum, aliasque ditiones complectatur. Quæ Provinciæ quoad Electorem Palatinum obtendere poſſunt, impunè non parere extra territorium jus dicenti, ut proinde Vicariis reſpectu certarum regionum pro diviſo competens Jurisdictio cum illa diſtinctione exercenda ſit: Verùm quòd in Circulo Rhenano, Suevico & Franconico ſolius Palatini; in Saxonia & aliis adjunctis regionibus ſolius Saxonis nomine proceſſus emittantur.

Cæterùm cùm hodie ſuper Electoralis Palatina- 42
tus tutela & inde dependentibus juribus inter Sereniſſimos & Illuſtres Principes, D. Philippum Ludovicum (pro quo Aurea Bulla & Sigismundi Conſtitutio declaratoria ſtat) & D. Joannem, Comites Palatinos, ingens & magni momenti agitetur controverſia, haud ſanè citra præjudicium cauſæ Principalis alterutrius nomen præfigi poſſe videtur.

Etſi

43 Etsi enim per Cæsareum Decretum 30. Julii lapsi anni 1611. Dn. Joannis Palatini persona, quoad Conventum Noribergæ indictum, aliosque actus Electorales, citra tamen causæ principalis præjudicium, habilitata sit; non tamen illud necessariò ad Vicariatum, qui est absoluti publici juris, nec tum temporis in considerationem venit, porrigitur: Sed & Decretum illud ea potissimùm de causa subsecutum, daß damals zu der zu Nürnberg angesetzter Verschreibung das Hochlöblichst Churfürstl. Collegium ergäntzet würde.

44 Quæ ratio in Vicariatu cessat, cùm ejus administratio, uti quid separatum, sustineri queat, utcunque Electorale Collegium non esset integrum. Forsan etiam non improbabiliter tentari posset, vires decreti Cæsarei, importunitate præsertim, ut fertur, & deplorato rerum statu extorti, (quo ipso non justa de causa creditur emanasse, Sfort. Oddus *cons. 23. num. 24.*) si ad hunc casum Vicariatus, qui tum non erat in rerum natura, extendendum esset, morte Cæsareæ Majestatis intercidisse, cùm eadem post mortem de Juribus Imperii nihil posset disponere. Magnum quidem est commodum
45 possessionis, quod & Domino Joanni Palatino Bipontino nonnihil patrocinari, adeoque titulo testamenti colorari videtur: Verùm tamen, cùm hæc possessio, & quæ ad eam justificandam ex testamento adferri possent, non modò Aureæ Bullæ & Sigismundi Constitutioni, clausulis irritantibus & annullantibus, nec non derogatoriis passim corroboratæ, è diametro reclament, sed etiam metuendum sit, ne stante hâc controversiâ Status Imperii, prout vel in hanc vel illam partem inclinarint, obedientiam detrectent: minùs consultum, quis dixerit nomen alterutrius præponere.

46 In hoc itaque dubio nonnulli censent, nomine omnium Imperii Electorum, præmissâ priùs declaratione, quòd Electorali Palatinatui eo nihil præjudicatum esse debeat, & processus emittendos, eosque sigillo, quod Aquilam Imperii contineret, munerandos esse: quòd sperandum utique tum sit, judicium Imperii majori cum authoritate & respectu eousque peragi posse, donec novus Im-
47 perator legitimè eligatur. Alii verò hujus controversiæ definitionem non ad Electorale duntaxat Collegium, sed universos Imperii Ordines simul in Comitiis congregatos ablegari tutiùs existimant, ita, ut, quemadmodum Aurea Bulla à Carolo IV. Principibus Electoribus & omnibus Statibus simul condita fuit atque erecta, pari ratione & hic passus, in eadem comprehensus, ab universis
48 Imperii Ordinibus decidatur, vel certè Aurea Bulla in eo declaretur; cùm & eorum sit interpretari, quorum est condere, *l. omni innovatione, C. de SS. Eccl.* Bursat. *cons. 156. num. 2.* Hippol. Riminal. *cons. 399. num. 81.* Anton. Sola *in Constit. Sabaud. de clausular. Mandatorum Principum signification. gl. 1. n. 3. & 8. fol. 321.*

Verùm ea in medio relinquere præstat, cùm super iis determinatio privatorum, non tam authoritatis argui, quàm periculosa esse possit.

49 Quæ ex *l. diem, ff. de offic. Adsess.* pro quinta ratione dubitandi adferuntur, vix ad nostra tempora quadrant, cùm alia hodiè quàm olim Magistratuum Romanorum fuerit ratio: Ea propter non potest validè inde duci argumentum, quod etiam advertit Alexand. Raudens. *de analog. lib. 1. c. 13. n. 4.* Facies, inquiens, nostri seculi, & nostrorum tribunalium longè distat à facie Romanorum.

50 In Vicario Episcopi, quòd morte ejusdem Jurisdictio, quantumvis ordinaria, exspiret, eam Dd. rationem reddunt, quòd Jurisdictio Vicarii habeat se ad Jurisdictionem Episcopi, per modum accessorii, & consequenter obtinet regula *l. cùm principalis ff. de R. J.* Franc. Marcus *decis. 778. n. 4. p. 1.* quam latiùs enucleat Petr. Barbosa *in d. l. quia tale, 14. n. 93. & seq.*

Exemplum Pontificis Romani & auditorium Rotæ sueto loco adductum non moramur, cùm 51
illud de stylo istius curiæ ita obtinuerit, sicut quoque innuit Barbosa *d. l. quia tale, num. 84. versic. in urbe Romana*, post Franc. Marc. *d. decis. 778. n. 6.*

Quæ omnia, si per occupationes liceret, latiùs excuti, pertractarique possent. Salvo cujuscunque rectiori judicio.

CONSILIUM QUARTUM.

DE JURE IMPERIALIUM PRIMARIARUM PRECUM.

ARGUMENTUM.

I. An à Cæsarea Majestate nominatus reliquis, qui sub expectatione Præbendæ pro Canonicis admissi sunt, in vacante Canonicatu præferendus sit?

II. An Imperatores jus primariarum precum in beneficiis Ecclesiasticis, ex indulto & privilegio Pontificis Romani, vel potiùs vi Superioritatis & Regalium post Electionem ipso jure nanciscantur?

SUMMARIA.

1. IMperator preces primarias, *Pontificis privilegio, in qualibet Germaniæ Ecclesia benè meritùs conferre consuevit.*

2. Concordata Germaniæ: *& n. 35. 36.*

3. Privilegia *ex subsecuta observantia æstimanda sunt; etiamsi verba usui contradicant, n. 4. & 6. & n. 41.*

5. Privilegia *eatenus valent, quatenus privilegiatus ius usus est.*

7. Princeps *non potest auferre jus alteri quæsitum; nec intendit alteri in possessorio præjudicare, num. 8. & 9. & tenetur* Capitulum *in juribus & consuetudinibus suis defendere, non offendere, num. 10.*

11. Injuriarum *occasio inde nasci non debet, unde jura originem suam trahunt.*

12. Episcopi *& summi* Pontifices *antiquitùs ab Imperatoribus, Regibus & Principibus eligebantur, aut suffragiis suis creabantur.*

13. Regum Franciæ, Hispaniæ, *aliorumq; jus & prærogativa in conferendis Ecclesiasticis Prælaturis.*

14. Lites *inter Paschalem & Henricum V. aliosq; Impp. & Pontifices Romanos.*

15. Imperatores *multa Sedi Romanæ concesserunt, retentis* primariis precibus, *uti reliquiis pristini illius Imperatoribus in conferendis Ecclesiasticis Prælaturis & Præbendis competentis juris.*

16. Primariarum precum Jus *non dependet ex privilegio Pontificis, sed ex Imperatoris & Regum approbata consuetudine: & n. 17.*

18. Imperator *ante Coronationem potest exercere jura Imperii, & omnia, quæ potest post Coronationem.*

19. Imperator *jure proprio & citra assensum Pontificis primarias preces elargiri potest: & numer. 30. & 31.*

20. *An* Imperator *vigore primariarum precum beneficium, in territorio Principis Augustanæ Confessioni addicti vacans, in Pontificium conferre possit? hoc, & n. 21. ubi quæstio hæc decisa.*

22. Pontificum indulta ſuper primariis *precibus abundantioris cautelæ, non neceſſitatis gratiâ impetrantur: Quemadmodum Coronatio Imperatoris magis ad pompam fieri dicitur, quàm quòd ſit neceſſaria, n. 23.*

24. *An* jus primariarum precum *duntaxat in Pontificis, & non ordinariis menſibus, Imperatori competat?*

25. Papa *Dominus eſt beneficiorum, & de iis ſuo arbitrio poteſt diſponere.*

26. Nominatio Regum *prærogativâ gaudet prælationis; Quidni & Imperatoris?*

27. Regaliorum *lex Francis quantæ ſit efficaciæ: & quid in Hiſpania obtineat, n. 28.*

29. *In* Francia *qui nititur regiâ liberalitate, ei lite pendente poſſeſſio adjudicanda.*

32. Confirmatio *nihil novi dat, ſed vetus jus confirmat: & n. 33. 34.*

37. Transactiones *fiunt ſuper re dubia.*

38. *Nulla ratio ſubfuit,* Concordata Germaniæ *ad* Imperiales preces *porrigendi.*

39. *In generali diſpoſitione non veniunt* Regalia: *& n. 40.*

42. *Reſpondetur ad prætenſos quosdam actus poſſeſſorios, hoc, & n. 43. 44. 45. 46. 47. 48. & 49.*

50. *Verbum,* Vacare, *quid denotet?*

51. *Per matrimonium* beneficium Eccleſiaſticum *vacat, & quidem ipſo jure, n. 52.*

53. *In* actibus deformibus *nulla cadit* Conſuetudo, *nec* præſcriptio; *uti nec ſuper diſformi obſervantia, num. 54.*

55. Juri patronatus *non cenſetur derogatum, etiamſi eo quis per aliquod tempus non fuerit uſus.*

56. Regalia *in præjudicium Succeſſorum alienari nequeunt: maximè, quando juribus Imperii inſeparabiliter cohærent, n. 57.*

58. Inferiori *nefas, attrectare jura ſummi Principis.*

59. Supernumerarius Canonicus *in herbis dicitur, & ſolùm habet jus extraordinarium præparatorium: & num. 60.*

61. Confirmationes *generales ad illicita non extenduntur.*

WIe wird ſuper jure Imperialium primariarum precum diß fürnemlich geſtritten/ ob deren Effectus durch zuvor beſchehene nomination anderer Perſonen / welche bereits ſub expectatione Præbendæ pro Canonicis angenommen / dergeſtalt ſuſpendirt werde / daß die/ ſo mit Imperialibus precibus verſehen / zurück ſtehen müſſen/ ſonderlich wenn der Caſus ſich in menſe Ordinarii begeben.

FUNDAMENTA PRO CAPITULO.

Solche Frag kürtzlich zu erledigen / will es das Anſehen gewinnen/ daß obgehörten Falls der primariarum precum Würckung in etwas zu ſuſpendiren/ und dem priùs nominato der Vorzug in Menſe ordinarii darum zu verſtatten ſey / weiln die Käiſerliche Majeſtät ſolcher primariarum precum anderer Geſtalt nicht/ denn Krafft eines ſonderbaren à Summo Pontifice ertheilten Privilegii oder Indulti, ſich anmaſſet. Rota Roman. *deciſ. 15. de præbend. in antiquiorib.* Petr. Rebuff. *conſ. 47. §. Præterea.* Burſat. *conſ. 126. n. 39.* Gail. *2. obſ. 155. n. 2.* Renat. Choppin. *de Sacra politia lib. 1. tit. 10. n. 13.* Quod ſe bullatum vidiſſe, teſtatur Speculator *lib. 4. p. 3. Specul. de præbend. §. Reſtat. num. 7.*

§. Nun ſtehet nicht in der Päpſtlichen Heil. Macht und Gewalt/ mit ſolchem Privilegio oder Indulto dem dritten ſein Jus zu entziehen/ und weniger in menſe ordinarii zu deſſen Abbruch und Nachtheil zu greiffen. 1

§. Bevorab/ und fürs Ander / daß dardurch auch die 2
Concordata zwiſchen der Päpſtlichen H. und der Teutſchen Nation Anno 1447. aufgerichtet/ in effectu aufgehaben und geſchwächt würden / darinn Nicolaus V. mit dieſen formalibus bewilliget: quòd per quamcunque aliam reſervationem, gratiam, expectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per nos vel authoritate noſtra factam, vel faciendam, non impediamus eos, quò minùs de illis, cùm vacabunt de Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris & Decembris menſibus, liberè diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinebat: reſervatione aliave quavis diſpoſitione authoritate noſtra factis vel faciendis non obſtantibus quibuscunque. Uber welche Concordata die Käiſ. Majeſt. und deß Heil. Reichs Stände ſteiff und veſt zu halten verpflichtet ſeyn/ prout latè deduxit Elbertus Leonin. *conſ. 50.*

Solte es gleich hiemit deß Gegenſinnes walten / alſo daß erſtbeſagtes privilegium primariarum precum in menſes ordinarii ſich erſtreckte: jedoch und zum Dritten hat es mit dem Hohen Dom-Capitul viel ein andere Meinung. In Erwegung daſſelb/ über bewehrte Zeit Rechtens/ ohn alle interruption oder Unterbruch beſitzlich hergebracht/ daß die primariæ preces allein in menſibus Pontificis Statt finden. Inmaſſen denn ſolches mit unterſchiedlichen actibus von Zeit hero Käiſers Caroli V. und nachfolgenden Römiſchen Käiſern/ Höchſtlöblichſter Gedächtniß / bis auf heutigen Tag zu belegen.

§. Dannenhero und weil verſehenen Rechtens / daß 3
alle Privilegia und Begnadigungen ex ſubſecuta obſervantia auszudeuten und zu erläutern ſeyn/ Bart. *conſ. 59. n. 3. vol. 1.* Decian. *conſ. 55. n. 36. vol. 2.* Vincent. de Franchis *deciſ. 397. n. 12.*

Etiamſi verba uſui contradicant, Joan. Vincent. 4
de Anna *allegat. 53. n. 30.*

Cùm Privilegia eatenus valeant, quatenus pri- 5
vilegiatus iis uſus eſt. Vaſqu. *lib. 1. controv. uſu frequent. c. 2. n. 6.*

Et in terminis indulti à Summo Pontifice con- 6
ceſſi, quòd illud ex ſubſecuta obſervantia interpretandum ſit. Ex Corneo *conſil. 193. n. 10. lib. 2.* format Joſeph. Ludovic. *in commun. concluſ. 38. num. 96.*

Gibt ſich der Schluß ſelbſt / daß berührtes Privilegium primariarum precum allein ad menſes Pontificis reſtringirt werden müſſe.

§. Allermeiſt und zum Vierdten/ daß die Käiſ. Maj. 7
nicht allein männiglich bey ſeinem erworbenen Rechten und deſſen Jurisdiction vel quaſi zu laſſen / noch darvon einiger Geſtalt zu verdingen hat.

Quemadmodum in poſſeſſione reſpondit Bald. 8
conſ. 345. vol. 1. Peregr. *de fideicomm. art. 52. n. 134.*

Uti etiam in dubio Princeps non cenſetur alicui 9
velle præjudicare in poſſeſſorio. Petr. Ant. de Petra *de jur. quæſ. per Princ. toll. c. 32. qu. 5. n. 28. fol. 630.*

§. Beſondern auch Fünfftens / allerhochernennte 10
Käiſerliche Majeſtät als der Kirchen Obriſter Advocat vermittelſt der Confirmation und ſonſten verſprochen/ das Capitul bey ſeinem rechten Herkommen und Gerechtigkeiten allergnädigſt zu handhaben. Ita, ut, cùm Capitulum in juribus & conſuetudinibus teneatur defendere, longè magis ipſum non offendere adſtringatur. Bald. *conſ. 369. n. 3. vol. 1.* Rom. *conſ. 251. n. 1.* Ne alioqui inde injuriarum occaſio naſcatur, 11
unde jura oriri debent, *l. meminerint, C. unde vi.*

Woraus ſich denn beſchleuſſt/ daß dem vom Dom-

Capitul

Capitul angenommenem Canonicat sein Jus quæsitum sub obtentu Imperialium precum nicht entzogen werden könne.

FUNDAMENTA PRO CÆSAREA Majestate.

Hingegen aber erzeigen sich keine geringe fundamenta, vermittelst deren zu behaupten / daß der von der Käis. Maj. nominirter / zu dem vacirenden Canonicat allen andern vorzuziehen sey.

12 §. Denn erstlich ist aus den Historiis bekandt / und seyn auch die Catholische Juristen dessen in keiner Abred / daß die Römische Käiser und Könige vor viel hundert Jahren nicht allein die Ertzbischöff und Prælaten / sondern auch Summos Pontifices zu setzen und zu entsetzen gehabt. Alb. Crantz. *lib. 2. Metrop. c. 29. & passim.* Francisc. Marc. *decis. 934. num. 1. p. 1.* Bursat. *cons. 126. n. 16.* Franc. Duaren. *de Ecclesiast. Minister. lib. 3. cap. 11.* qui & concessionem, de qua dicitur *in c. Hadrianus 22. distin. 63.* non ut privilegium aliquod ex mera Pontificis gratia & liberalitate profectum, sed tanquam hominis ultrò bonam fidem agnoscentis confessionem accipiendam monuit.

13 Wie denn noch heutiges Tages die Könige in Franckreich / Spanien und anderstwo / der Nomination, und respectivè juris conferendi, quoad Episcopatus, Prælaturas & alias præbendas, sich gebrauchen. Guil. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. & uxorem, decis. 2. de testament.* Covarr. *in c. possessor, p. 2. §. 10. num. 5. de R. I. in 6.* Coras. *de benefic. Ecclesiast. p. 3. cap. 4. num. 3.* Joan. Philippus Montispelienſis *cons. 50. num. 56.* Molinæ. *in Consuet. Paris. §. 42. gl. 1. n. 9.* Fulv. Pacian. *cons. 164. num. 137. & seq.* Renat. Choppin. *de Dominio lib. 2. tit. 10. & de sacra politia lib. 1. tit. 8.* Alphons. de Azevedo *ad constit. Reg. Hispan. lib. 1. tit. 6. l. 1. num. 2.* Ludovic. Molina Jesuita *de justit. & jur. disputat. 77. n. 212. versic. atque.* Petr. Aug. Morla. *in emporio juris p. 1. tit. 6. ff. de servitut. q. 4. n. 33.*

14 Ob nun wol weniger nicht / daß zwischen den Päpsten zu Rom und Käisern hierüber viel schwere differenz und Streit / sonderlich bey Regierung Paschalis und Henrici V. sich erhoben / darvon bey Alberto Crantzio *lib. 5. Saxon. c. 32.* Aventino *in Historia Boiorum libr. 2. fol. mihi 486. & seq.* Joan. Bodino *de Republ. lib. 1. cap. 9. fol. 213. & seqq.* Joachimo Stephano *de Jurisdict. Ecclesiastic. libr. 4. cap. 12. num. 2. & seqq.* und andren mehr etwas Nachrichtung

15 anzutreffen. Auch endlich Höchstermeldte Käiser allgemachsam von ihren Rechten abgewichen / und dem Römischen Stul dieselbe mehrentheils eingeraumet: so seyn doch primariæ preces, als gleichsam reliquiæ pristini illius Imperatoribus in conferendis Ecclesiasticis Prælaturis & præbendis competentis juris, den Römischen Käisern übrig verblieben.

16 §. Woraus denn erscheint / daß mehrangeregtes jus primariarum precum nicht ohne Mittel vom Römischen Stul herfliesse / besondern die Römische Käiser und Könige dessen ex antiqua & approbata consuetudine (uti loquitur Imperator Rudolphus I. in suo Diplomate precum primariarum, anno 1273.

17 quod extat apud Nauclerum Generat. 43.) berechtiget seyn. Quemadmodum itidem jus regaliorum in Francia in beneficiis Ecclesiasticis non dependere ex privilegio Pontificis contendit Renat. Choppin. *lib. 1. de sacra politia tit. 8. num. 11. & seqq.*

18 Vors Andere ist nicht aus der Acht zu lassen / daß den Röm. ischen Käisern und Königen ohne Mittel nach vorgangener Wahl / ohnangesehen / sie von der Päpstl. Heil. weder coronirt / noch confirmirt / die vollkommene Regierung deß Heiligen Reichs mit aller hohen Würde und Privilegien würcklich angetretten. Speculator *tit. de rescript. præsentat. §. fin. num. 18.* Berous *cons. 1. n. 4. lib. 1.* ubi hanc veram & communem Juris conclusionem appellat Cardin. Parisius *cons. 1. num. 4. & cons. 10. num. 117. vol. 2. & cons. 50. n. 31. vol. 4.* Cardinal. Zabarella *cons. 154. num. 7.* Angel. de Gambiglionibus *cons. 113. num. 2.* Franc. Curt. Junior *cons. 1. num. 27.* Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 35. num. 32. & seqq.*

Und dannenherd mehrberührte primarias preces, 19
als so von der Käiserl. Maj. dependiren / jure proprio, & citra approbationem Pontificis zu ertheilen haben.

In quam sententiam etiam novissimè concessit Bernhard. Grevæus ad Gail. *lib. 2. observ. 155. consid. 2. num. 4.* rectè scribens, hoc jus non ex Papali indulto aut privilegio, quin potiùs ex proprio jure, & ex primordiali Superioritatis præeminentia Imperatorem sibi vendicare.

§. Quo fundamento, uti solido, præsupposito, 20
folgt weiter / daß der Käiserl. Maj. das jus primariarum precum auf den Stifftern der Augspurgischen Confession, so viel deren noch in esse seyn / wenn sie nur einen der Religion zugethan nominirt / nicht abzusprechen / noch mit censuris Ecclesiasticis wider die Protestirende zu verfahren seye / ohnangesehen die widrige Meinung / aus dem irrigen Grund / gleichsam rührete solche Gerechtsam von der Päpstl. Heil ursprünglich her / aber der Geistlichen Jurisdiction vermög Religion-Friedens suspendirt wäre / vor den Hertzogen zu Pommern / als Bischoffen zu Camin erstritten / und Hochermeldten Hertzogen solch Jus zu deß H. Reichs Nachtheil vor etlichen Jahren eingeheimset werden wollen. Derowegen denn von weyland Lt. Joachim Willern 21
abgefasstes Bedencken bey Matthia Stephano *in tract. de jurisd. lib. 3. par. 1. c. 4. num. 20.* im offentlichen Druck zu finden.

§. Wiewol aber vor Höchsternennte Römische Käiser 22
und Könige nach angetrettener Käiserlichen Regierung sich derentwegen um sonderliche Päpstliche Indulta bemühen / geschicht doch dasselb vielmehr abundantioris cautelæ, dum necessitatis causâ; quemadmodum 23
& coronatio magis ad pompam fieri dicitur, quàm quòd sit necessaria, uti ex Hostiensi prodidit Joan. Bapt. Asinius *de Execut. §. 5. cap. 40. num. 3.* Nicolaus Cusanus Cardinalis *de Concordant. Catholic. lib. 3. cap. 4.*

Zum Dritten / dieweil denn einem Röm. Käiser solch 24
Jus primariarum precum, als dem höchsten Haupt der Christenheit / auch Obristen Advocaten und Patronen aller Kirchen / gebührt / kan man nicht vermercken / aus was fundamenten Ihrer Maj. dasselb eben in denen im Röm. Reich gelegenen Stifftern abgestricket / oder darinn dergestalt limitirt / und in die Enge gespannet werden könne / daß offterwehnte preces primariæ allein in Pontificis, und gar nicht ordinariis mensibus gelten sollen. Cùm nulla appareat ratio differentiæ, imò major sit ratio in mensibus ordinariis, quòd Ecclesiastici in Imperio residentes Cæsar. Majest. arctiùs sint obstricti, & sub ejusdem protectione vivant, insuperque Summi Pontificis Jus in collatione beneficiorum longè prægnantius sit, quàm Capitulorum; cùm Pontifex sit dominus beneficiorum, & de iis pro arbitrio disponat. Paris. *cons. 82. n. 22. vol. 4.*

Man will darbey zum Vierdten geschweigen / daß / 25
wenn dergleichen nominationes den Käis. precibus primariis vorgezogen / man mit solchen exspectativis unterschiedliche Personen versehen / und auf diese Weis mehrerwehntes Käiserl. Regal schwächen / oder dergestalt

ſtalt eludiren könnte / daß es ſelten in effectum gerichtet werden möchte.

Welches deſtoweniger pro Quinto paſſiren wird/
26 daß die Käiſ. Maj. longè deterioris conditionis, weder Franckreich oder andere Könige/ ſeyn würde. Cùm nominatio per Reges prærogativa gaudeat prælationis, Rota Rom. *deciſ. 11. de conceſſ. præbend. in antiquiorib. num. 5.*

Et Regaliorum lex competens Francis tantæ ſit
27 efficaciæ, ut etiam Pontificias quasvis ſuperet Eccleſiaſtici beneficii collationes, tametſi idem reſervatum eſſet à Sede Romana ante Regaliorum jus adapertum. Renat. Choppin. *de ſacra polit. d. lib. 1. tit. 8. num. 1.*

28 Hinc & per reſervationes, quas ſibi faciunt Pontifices, per regulas Cancellariæ, circa proviſiones Cathedralium Eccleſiarum, non intelligi de illis, ubi Rex habet Jus patronatus, docuit Alphonſ. de Azevedo *in Hiſpan. Conſtitut. lib. 1. tit. 6. leg. 1. num. 6.* poſt Lambertinum *de jure patronatus.*

29 §. Um der Urſachen willen auch in Franckreich denen/ ſo alſo jure regalium vom König bedacht/ dieſer Vortheil zugeeignet wird / ut eidem, qui ita ſubnixus eſt regia liberalitate, lite pendente poſſeſſio ſit adjudicanda, adeò, ut ne quidem triennii continui poſſeſſione ſubmoveatur. Franciſc. Duaren. *de Eccleſiaſt. miniſter. lib. 3. c. 11. in fine.* Renat. Choppin. *de ſacra politia d. lib. 1. tit. 8. n. 17. in fine.*

RESPONSIO AD FUNDAMENTA CAPITULI.

Auf die fundamenta contraria nunmehr zu kommen/ iſt das Erſt oben abgelehnet/ und ſo viel ex antiqua
217. Ex actibus difformibus *non inducitur conſuetudo.*

218. Prorogatio jurisdictionis *Domino vel Tertio non nocet.*

219. Obſervantia *in contrarium vel abrogatio juris antiqui fruſtra prætenditur, quando occaſio utendi non evenit.*

220. *Haſſiæ Landgravius ratione Comitatus Katzenelnbogen Anno 1555. definitivam quatuor Principum arbitrorum judicio obtinuit contra Comites à Naſſavv.*

221. Prorogatio Jurisdictionis *operatur tantùm quoad conſentientes, non quoad alias perſonas.*

222. *An* Elector Palatinus *in cauſis gravatoriis Cæſaris Judex ſit: & num. 223. 224. 225.*

226. Fiſcus *agens, ad ſuos judices ſolet Reos trahere.*

227. Dominus *Superiorem non recognoſcens, litigans cum Vaſallo, ſe Paribus Curiæ ſubmittere debet.*

228. Text. *in c. 1. de Pace Conſtant. explicatur hoc & num. 229. 230.*

231. Sigismundi *Imp. Reſcriptum.*

232. *In cauſa inter* Maximilianum I. Imp. & Carolum Ducem Geldriæ *ventilata quatuor Electores judicarunt.*

233. Imperator *licèt poſſit in cauſa propria judicare, tamen cauſam committere debet aliis judicandam.*

234. Superior *ipſe judicare intelligitur, qui cauſam delegat & ad alios remittit; Idq; de honeſtate fieri debet, maximè, ſi ſit ſuſpectus, num. 235.*

236. Princeps *ſervare debet ſummam honeſtatem & æquitatem.*

237. Principi *non indulgendum, ut quæſtiones ſuper Ducatibus decidat, & in propria cauſa judicet.*

238. Inveſtitura *lite pendente fieri nequit.*

239. *Quatenus contendens cum* Domino *litigante inveſtiendus ſit, ſi de ejus vaſallagio non conſtet? v. Mynſing. conſil. 22. num. 2.*

240. Fundamenta Electoralis *& Ducalis Familiæ Saxonicæ,* (1) *Privilegium Friderici III. Imp. de Anno 1483. & Maximiliani I. de Anno 1486. & 1495.* (2) *Pacta dotalia inter Ducem Cliviæ & Mariam Juliacam Anno 1526. erecta, ab Imp. Carolo V. confirmata.*

241. Inveſtitura feudi *fieri poteſt vivo etiam vaſallo de feudo, quod eſt in ſpe revertendi.*

242. Superior *non eſt deterioris conditionis, quàm inferior.*

243. Prælati ſucceſſor, *ſi concedente vel inveſtiente ſuperſtite feudum aperiatur, ad ejus traditionem compelli poteſt.*

244. Alberti *Ducis Saxoniæ merita erga Domum Auſtriacam.*

245. Gratia conceſſa ob merita, *non ſimplex gratia, ſed quædam permutatio & actus oneroſus eſt; ideoq; revocari nequit, num. 246. & 248. in contractum tranſit, num. 247. Refelluntur hæ rationes infrà num. 342. & ſeqq.*

249. *Publicè intereſt, ut* benè merita *compenſentur; ut ſic alii incitentur ad contemnendam vitam pro Reipub. defenſione & ampliatione, num. 250. Quâ etiam ratione ejusmodi conceſſiones ob merita ſubditis & Vaſallis ſervandæ, numer. 251. 252.*

253. Remunerationis *causâ Imperator alicui dominium auferre poteſt; & num. 254.*

255. *Wilhelmus Dux Juliæ Anno 1511. obiit relicta unica filia Maria, quæ in Ducatu ſuccedere non potuit: Reſpondetur ad hoc fundamentum, num. 350. 351.*

256. Fœminæ *feudorum regalium incapaces: Extenditur num. 257. Contrarium aſſeritur, n. 252. 253. 254. 255. 256. 257.*

258. Privilegium *Maximiliani I. de An. 1508.*

259. *Fruſtra* precibus *impetratur, quod jure communi conceditur; & num. 260. Limitatur n. 358. 359. 360. 361.*

261. Fœminæ *in feudis, quæ à fœmina originem habent, in defectum maſculorum ſuccedunt.*

262. Feuda fœminina *ſunt impropria, & inſtar allodialium judicantur.*

263. *An per* contractum Principis *dominium ſine traditione ipſo jure devolvatur? Affirmatur hoc & num. 264. 265. 266. 267. 268. Negativa defenditur, num. 362. 363. 364. 365. 366.*

269. Princeps *non modò dominium, ſed etiam poſſeſſionem ex ſola conceſſione transfert: & n. 270. 271. 272. 273. Nonnulli Dd. hanc opinionem ad privilegium reſtringunt, num. 276. Sed contrarium in feudis aſſeritur, num. 277. 278. 279. 280.*

274. *In* Privilegiis Principum *l. traditionibus, C. de pact. locum non habet.*

275. *In* feudis *à Principe conceſſis is præfertur, qui*

qui primò possessionem nactus est. Restringitur & confutatur, num.393.394.

281. *Clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *effectus*; *& num. 282. 283.*

284. *Prior* Principis concessio *præfertur posteriori, licèt secundus possessionem habeat; & numer. 285.*

286. Feudi concessio pro se & hæredibus masculis *non solùm actionem personalem sed & realem utilem adversùs tertios possessores producit: Limitatur & refellitur, num. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410.*

287. Præscriptio 30. *vel plurium annorum in feudo ex pacto & providentia successoribus & descendentibus, qui hactenus agere non valuerunt, non nocet: Removetur hoc dubium, numer. 411. 412.*

288. Tempore belli *& hostilitatis dormit præscriptio: Confutatur 414. & seq.*

289. *In* Ducatibus, Comitatibus, *aliisq; feudis majoribus per vim occupatis semper præsumitur mala fides per quoscunq; successores: Refellitur n. 415. 416. & seqq.*

290. Mala fides *etiam præscriptionem immemorialem impedit; & num. 291.*

292. Princeps *revocans, quod priùs concesserat, præsumitur circumventus.*

293. *Clausula*, Salvo jure tertii, *in omnibus investituris tacitè subintelligitur.*

294. Princeps *non potest quem investire in præjudicium eorum, quibus jus in prioribus investituris quæsitum fuit.*

295. Causa, *quæ Carolum V. Imp. ad investiendum Joannem Ducem Cliviæ impulit.*

296. Investitura *super rebus injustè possessis nullius roboris & efficaciæ; & n. 297.*

298. Confirmatio *summi Principis super violenta possessione facta non subsistit: & num. 299. 300. 301.*

302. Feudum *sponte & non coactè debet concedi.*

303. Donatio *tempore belli facta, quasi sit extorta, invalida censetur.*

304. Conditiones onerosæ *in electione Papæ vel Imp. propositæ, ut intempestivè extortæ, electum postmodum non obstringunt ad observantiam; & num. 305.*

306. Vasallus *non possidens non tenetur petere investituram; Limitatur & declaratur n. 442.*

307. Pacta dotalia *inter Joannem Ducem Clivensem & Mariam Juliacam Moguntiæ Anno 1526. inita ab Imp. confirmata. Vid. Chytræum in Saxon. lib. 15. fol. 408.*

308. Qualitas masculinitatis *in primo gradu expressa censetur in subsequentibus gradibus repetita? Et num. 312. 314. & num. 468. 469. & num. 499. 500. 501. 502. 503. 504.*

309. Pacta de succedendo *inter Illustres familias, præsertim authoritate Cæs. confirmata, valent.*

310. Verbum, *HÆRES, in materia feudali de masculo hærede accipitur; & num. 311. Vide quoque num. 507. 508.*

313. Actum frustraneum *nemo gerere velle præsumitur.*

314. Testator *non præsumitur voluisse nepotes ex filio, tempore testamenti nondum natas, esse melioris conditionis, quàm fuerint propriæ filiæ. Diluitur num. 512.*

316. Consensus *duorum ubi requiritur, non quid unus paciscentium, sed quid uterque senserit, spectandum.*

317. Linea masculinâ *Ducum Cliviæ defectâ, conditio substitutionis extitisse videtur: Vide tamen num. 527. 528.*

318. *Non* verba, *sed* mens & intentio *contrahentium principaliter attendenda.*

319. *Quando* testator *in substituendo non tam ipsam conditionem, quàm certum effectum respexit, tunc non sufficit, conditionem semel impletam esse vel defecisse, sed ad omnes casus substitutio est extendenda, ut satisfiat menti testatoris: Vide tamen num. 537. 538. 539. 540. 541. & seqq.*

320. Fundamenta contrariæ opinionis *collocantur in Privilegiis ab Imper. Maximiliano I. Anno 1508. & 1509. indultis, fœminas ad successionem in Ducatu Juliæ, Montium, &c. admittentibus.*

321. Spes succedendi *fallax, somnium vigilantium appellari consueta.*

322. Princeps *potest habilitare fœminas ad successionem feudi in præjudicium agnatorum in antiqua investitura comprehensorum.*

323. Princeps, *quando concurrit cum ipsius facto jus primævum, potest dominium alteri auferre, & fœminam ad feudum habilitare: & num. 324. 325. 326. 327. 328. Extenditur numer. 329. 330.*

331. Fœminæ *ob publicam utilitatem ad feudalem successionem possunt habilitari.*

332. Princeps *ex causa publicæ utilitatis potest jus quæsitum alicui tollere, etiam contra proprium contractum veniendo.*

333. Privilegium Imperatoris *fœminas ad feudum habilitantis non privat Dominos inferiores feudi.*

334. Lex *una secundùm aliam declaratur, restringitur & distinguitur.*

335. Investitura *Imp. justam causam ac titulum præscribendi præbet: Confirmatur & illustratur n. 336. 337. 338.*

339. Exceptio præscriptionis *non solùm litis ingressum impedit, sed etiam actionem peremptoriè elidit.*

340. Investitura *in casum mortis Vasalli viventis facta, nec illi, nec ejus successoribus præjudicat.*

341. *In casu aperti feudi etiam notorio* sententia declaratoria *opus est.*

342. Princeps *ob remunerationem alteri factam non debet tertio Jus quæsitum auferre; & num. 343.*

344. Imperator *de suo largiri debet, non alienum auferre; & n. 345.*

346. Largiri aliena *est species tyrannidis.*

347. Privilegiatus *contra privilegiatum non gaudet privilegio; & n. 348.*

349. Saxonica Expectativa *per recompensationem meritorum sublata.*

367. *Ex sola* Investitura *Vasallus nec jus in re, neque dominium utile consequitur: & n. 369. 370.*

368. *Regula* L. traditionibus. C. de pact. *est fundata super jure gentium; & ideo ad eandem ligantur Principes.*

371. *Nulla* realitas *acquiritur in feudis sine* investitura: *& n. 373.*

372. *Ex sola* verbali investitura *non datur utilis rei vindicatio; nisi possessio superveniat, n. 374.*

375. Princeps *neque dominium neque possessionem transfert, quando ab alio possessio est occupata; & n. 376. 377. 378. 379.*

380. Concessio Principis *non trahitur ad ea, quæ*

quæ per alium poſſidentur: & n.381. Taxatur Federicus Scotus, n.382.

383. *Per* actum fictum *non transfertur poſſeſſio, quando apud alium eſt; & n.384.*

385. Inveſtitura realis *non poteſt fieri alio poſſidente; & n.386.*

387. *Per* abuſivam inveſtituram *non transfertur poſſeſſio, ſed datur duntaxat facultas & licentia apprehendendi poſſeſſionem; & n.388.*

389. *Verba*, Citò, Statim, *quid importent?*

390. Poſſeſſio *minimè vacans non poteſt apprehendi: & n.391.*

392. Simplex poſſeſſio *vel* detentatio *ſufficit, ut res non dicatur vacare.*

411. *In omnibus caſibus, in quibus* dominium *transfertur ſine traditione, poſſeſſio tamen absq; naturali apprehenſione non transfertur.*

412. *Fruſtrà quæritur de* præſcriptione Juris, *quæ nunquam fuit in rerum naturâ.*

413. Belli *caſus non ſolent eſſe perpetui.*

414. Præſcriptio *non impeditur causâ belli, quando jus redditur.*

417. Tyrannus *quis?*

418. Imperator *violentum occupatorem ob bonum publicum & utilitatem communem poteſt dominum juſtum creare; & n.419. & 421.*

420. Per vim ablata *triginta annis præſcribuntur.*

422. Objectio de tyranno *procedit reſpectu ſubditorum, non autem aliorum, in quibus ceſſat metus & impreſſio.*

423. Inveſtitus de Comitatu & *Caſtro, ſi patiatur ſcienter alium inveſtiri, juri ſuo renunciare, & ſibi præjudicare cenſetur, accedente curſu temporis; & n.424. & 425.*

426. Princeps, *ſi alium appellet pariter Principem in eodem Dominio, in quo ipſe Princeps, ſibi præjudicat quoad dominium & poſſeſſionem.*

427. Præſcriptio *non interrumpitur per denunciationem vel proteſtationem extrajudicialem.*

428. Preces Principi oblatæ *effectum litis conteſtatæ quoad perpetuandam actionem ſortiuntur.*

429. Privilegia *Caroli IV. Sigismundi, Friderici III. & Caroli V.*

430. *Quando actori nulla competit actio*, litis conteſtatio *præſcriptionem non interrumpit: Ampliatur n.431.*

432. Interruptio *non elidit præſcriptionem immemorialem.*

433. Extrajudicialis interpellatio *præſcriptionem non impedit: Extenditur n.434.*

435. Diſpoſitio l. 1. & tot. tit. C. quand. libell. Princ. dat. lit. conteſt. fact.. *de actionibus Prætoriis & annalibus eſt intelligenda.*

436. Denunciatio extrajudicialis *non aliter interrumpit præſcriptionem, quàm ſi per oſtenſionem jurium ad rem controverſam pertinentium mala fides inducatur, & partis adverſæ conſcientia infirmetur.*

437. Titubatio *vel interruptio ad præſcriptionem non ſufficit.*

438. Reverſus *Max. I. de anno 1516.*

439. *In* generali confirmatione *privilegiorum non includuntur ea, quæ ſpecialem expreſſionem deſiderant; & n.440.*

441. Generalis expreſſio *non ſufficit, ubi agitur de præjudicio tertii, ſed ſpecialis eſt neceſſaria.*

442. Excommunicatio *in bulla Cœnæ Domini non ligat poſſidentes bona fide; & n.443.*

444. Negligenti *jus ſuum perſequi, quantumvis non poſſideat, tempus petendæ inveſtituræ curit.*

445. Pacta *ſunt ſtricti juris, nec egrediuntur perſonas verbis comprehenſas; & n.446. Accommodatur ad præſentem hypotheſin, n.447. 448.*

449. Subſtitutionem *allegans, eam probare debet.*

450. Subſtitutio, ſi filius abſque liberis deceſſerit, *de primo tantùm filio intelligitur: Quod & in contractibus, numer. 451. & privilegiis obtinet, num. 452.*

453. Conditio, ſi ſine filiis *&c. non porrigitur ad filios filiorum; maximè, ſi filii graventur, n.454.*

455. Domus Saxonica *ſub conditione, ſi Joannes Dux Cliviæ abſque liberis deceſſerit, vocata, per exiſtentiam filiorum fuit excluſa; & n.459. 460. 462.*

456. *Sub una* conditione *datum, ſub contraria cenſetur ademptum; & n.564.*

457. *Conditio*, ſi deceſſerit ſine liberis, *deficit liberis natis, licèt ipſi poſtea moriantur; & n.458.*

461. *In* conditionibus, *quæ adponuntur in ſubſtitutionibus, attenditur principium primæ exiſtentiæ, & non curatur poſtea ejus ſucceſſus.*

463. Voluntatis *noſtræ nullum eſt majus teſtimonium, quàm qualitas inſpectu verborum.*

464. Verba *animi indices; & n.465.*

466. Conditiones *firmiter & ad unguem ſunt implendæ.*

467. *Dictio* alsdenn *in conditione Subſtitutionis adpoſita impedit extenſionem de caſu ad caſum.*

470. *Verbum* Hæredibus, Erben/ *idem importat, ac ſi dictum eſſet*, Liberis; *& n.471. & ſecundùm vulgarem conſuetudinem accipitur de deſcendentibus & liberis, n.472. & tam maſculos, quàm fœminas complectitur, n.473. & n.492. 493. 494.*

474. *Dictio* Liberorum *utrumque ſexum complectitur; uti & verbum* Deſcendentes, *n.475.*

476. Qualitas maſculinitatis *non intelligitur repetita circa diverſas perſonas.*

477. Verba, keine Männliche Leibs-Erben/ *quomodo accipienda?*

478. *In* ſubſtitutionibus *ne ſyllaba quidem ſuperfluè debet eſſe adpoſita.*

479. *Utrum ſubſtitutio*, ſi ſine filiis deceſſerit, *tacitè à lege ſubintelligatur in ſubſtitutione à teſtatore facta? & n.480. 482. 483. 484. 485. 486.*

481. *Major eſt virtus* expreſſi, *quàm taciti.*

487. Qualitas perſonæ loquentis *vel diſponentis multùm facit ad intellectum vel interpretationem verborum ſuorum; & n.488. 489.*

490. *Quando in diſpoſitione per marem vel fœminam facta mentio fit* hæredum *vel* deſcendentium, *veniunt utriusque ſexus deſcendentes; & num. 491.*

495. Voluntas teſtatoris *ita interpretanda eſt, ne ſequatur abſurdum, iniquum, durum & impium.*

496. *An de* feudis regalibus *legitima detrahi poſſit?*

497. *Ex* conſuetudine *mentem teſtatoris interpretari ſolemus.*

498. Jus primogenituræ *non tranſit ex illa linea, in qua ſemel radicatum eſt, quamdiu deſcendentes ex ea ſuperſunt.*

505. Verbis enunciativis Principis *ſuper facto alieno non antiquo non creditur, licèt ſuper eo fundetur intentio reſcribentis; & num. 506.*

507. Relato, *non referenti, ſtandum eſt, quoties*

in

in relato aliter scriptum, quàm in referente invenitur, & n. 558.

508. Erronea assertio *vel relatio jus tertii non tollit, vel imminuit.*

509. Sollta concedi *per Principes non reputantur quasi impossibilia.*

510. Neptes *in conditione positæ filiis primi gradus in tempus habilitatis substitutæ sunt.*

511. Substitutio conditionalis *in tempus capacitatis & habilitatis rectè confertur.*

512. *An* neptis ex filio *substitutum excludat? Affirmantium sententia probatur, num. 513. Respondetur ad contraria, num. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520.*

521. Contrahentes *in dubio id sensisse videntur, quod verba sonant; & num. 522. & à verbis contrahentium recedi non debet, n. 523.*

524. *Tuba cordis est* lingua *loquentis.*

525. Verba *in dubio interpretanda sunt contra eum, qui fundat se in iis.*

526. Fideicommisso *non esse lotum, in dubio pronunciandum.*

529. Præcedentia *sequentibus magis influunt, quàm è converso sequentia præcedentibus, & numer. 530. 531. Extenditur, num. 532. 533. & numer. 536.*

534. Dispositio principalis *attendi debet, tùm de intellectu conditionis quæritur.*

535. Verba, wie berührt / *vim relationis habent.*

542. Nemo *præsumitur id dicere, quod non mente cogitaverit.*

543. Vocatio certarum personarum *restricta sequentes gradus excludit.*

544. Liberorum *& hæredum appellatione descendentes in infinitum veniunt, & n. 546. 547. Ratio, num. 545. Restringitur, num. 548. & seq.*

549. Nepotes *non veniunt appellatione filiorum in activa successione, ubi filii vel hæredes gravati onere restituendi intelligerentur: Ratio, numer. 550.*

551. *In* dispositionibus *generalibus restringendis nepotes non veniunt appellatione filiorum.*

552. Dictio EX *&* DE *denotat causam proximam & immediatam, & n. 553. 554.*

555. Confirmans *nil novi dat, & n. 556.*

557. Relatum *cum omnibus qualitatibus referenti inesse creditur.*

559. Confirmatio *actum confirmatum non ampliat, aut extendit, ut ad id trahatur, quod in confirmato non est, & n. 560.*

561. Confirmatio *Cæsarea, ex parte Electoris Saxoniæ producta, conditionalis est.*

562. Conditione *deficiente idem est, ac si dispositio non esset facta.*

563. Vocatus *sub conditione, eâ deficiente, non dicitur vocatus.*

565. Confirmatio extensiva *ut tertio præjudicet, necessaria est causæ cognitio, & partium interesse habentium citatio, & num. 566. 567. 568.*

569. Johanne Friderico Electore Saxoniæ *proscripto, privilegium successionis fœminarum Wilhelmo Duci Cliviæ & Juliæ ab Imperatore concessum.*

570. Delictum *ab uno ex vasallis commissum non nocet reliquis, sed totum feudum apud ipsos vatione juris non decrescendi remanet.*

571. Text. in Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 13. *præsupponit bannitorum consortum jus penes reliquos residere.*

572. Liberorum infidelium *portio & hæreditas debet esse apud fideles.*

573. Elector *bannitus ab Imperatore restitutus, an recuperet omnia, quæ habuit?*

574. Jus *in persona actoris non formatum ad successorem transmitti nequit, & n. 575. 576.*

577. Bannitus *salvo jure tertii restitutus intelligitur, & n. 578. 579.*

580. Restitutio *ad Exspectativam, quæ interim alteri concessa fuit, non extenditur, & n. 581.*

582. Jus succedendi *ab Electore Saxoniæ assertum neque in Privilegio Friderici III. neque in pactis dotalibus radicatum.*

583. Conditionalis Feudi promissio *activè & passivè ad hæredes transit, & n. 628.*

584. *An* Ducibus Saxoniæ *contra Imperatorem actio competat? & n. 585. 586.*

587. Princeps donans *de evictione regulariter non tenetur, nisi fuerit donatio remuneratoria, & n. 588.*

589. Dominus investiens *de re aliena non obligatur nomine evictionis, si ea expresse non sit promissa.*

590. *Vox* Gratiæ *significat favorem ac beneficium absque receptione compensationis pecuniaria vel alterius rei.*

591. Contractus feudalis *est merè gratuitus.*

592. Investitura, *quâ habilitatur fœmina ad feudum, pro privilegio habetur.*

593. Princeps *privilegium concessum revocare potest: Ampliatur, n. 594. 595. 596. 597. Limitatur, n. 652. 653. 654. 655. 656. & n. 662. 671.*

598. Successor electivus *non tenetur contractus servare sui Prædecessoris, & n. 599. 600. 601.*

602. Princeps *potest privilegium gratiæ revocare, quod non est consecutum suum effectum: & num. 603. 604. Refutatur, num. 679. 680. 681. 682. 683. & contraria Dd. opinio ad certos casus restringitur, n. 684. 685. 686.*

605. *Si* Imperator, *qui aliquem de alieno feudo in casum mortis possessoris investierat, ante possessorem mortuus sit, an Successor ejus nihilominus hanc investituram ratam habere, & feudum deinde apertum, veluti eveniente conditione investito conferre teneatur? Affirm. hoc & num. 606. 607. Ratio subjungitur, n. 608. 609. Negativa probatur, numer. 625. 626. 627. 628. & seqq. & numer. 638. 641. 647. 652. 653. 654. 655. 656.*

610. Imperator *vigore Capitulationis feuda Imperio aperta incorporare tenetur: Restringitur, n. 689. 691. 692. 693. 694. 695.*

611. Contractum Principis *invalidum, & privilegia minùs legitimè ab Antecessoribus concessa Successor revocare potest; & n. 612.*

613. Successor in regno *non tenetur ratam habere alienationem Regalium pro statu publico ipsius Principis deputatorum.*

614. Privilegium Carolinum *à subsequentibus Imperatoribus non fuit confirmatum.*

615. Gratia, *quæ necdum sortita fuit effectum, morte concedentis exspirat: vide tamen num. 696. 697. 701. 702. 705. 706.*

616. Successor in dignitate *debet servare privilegia per modum contractus & in remunerationem concessa, dummodò non immodicè lædatur Imperium, & n. 617.*

618. Generalis assertio meritorum *nil operatur: contrarium asseritur, num. 708. & probantur merita Ducis Cliviæ & Juliæ, numer. 709. & num. 712. 713.*

619. *Ad colorandam gratiam frequenter* merita *exprimuntur, quod non sufficit, & n. 620.*

621. Imperator *ad remunerandum Prædecessori præstita*

præſtita beneficia non obſtringitur: Idem in Prælato obtinet, num. 622. Niſi talia eſſent benè merita, quæ perpetuam commenſurationem deſiderarent, num. 623.

624. Decuriones *non poſſunt gravare Succeſſores ſuos ad remunerandum.*

629. Succeſſor in dignitate *contractus Prædeceſſorum obſervare tenetur: & numer. 630. 631. 632. 633.*

634. Conceſſio *facta pro Succeſſoribus efficitur irrevocabilis.*

635. Imperator, *uti fons juſtitiæ & gratiæ, privilegia Statuum Imperii ſarta tecta ac conſervare velle, juramento confirmat, n. 636.*

637. Imperator *ſtatum rei immutare, aut jura & honorem Principum diminuere nequit.*

639. Privilegia *debent eſſe perpetua.*

640. Succeſſor Imperatoris *tenetur ſervare pacta Prædeceſſoris, quando agitur de promiſſione vel contractu facto in caſu à jure permiſſo, & de re ad dignitatem & officium Imperatoris pertinente, ut eſt infeudare ob merita & alias publicas cauſas: & n. 643. 644. 645.*

646. Liberalitas *Imperatorem decet.*

648. Feudum *facilè tranſit in fœminas deſcendentes inveſtitorum abſque maſculis decedentium: & n. 649. 650. 651.*

657. Privilegium, *per quod transfertur dominium, eſt irrevocabile: & n. 658. 659. 660. 661.*

663. Privilegia *geminata & ſæpiùs confirmata revocari nequeunt; & n. 664. 665. 666. & 668. Quod tamen ita exaudiendum, ſi ab eodem fiat confirmatio, & non à diverſis, n. 667.*

669. Confirmatio *plurium Anteceſſorum plus operari debet, quàm unius.*

670. Succeſſor *gratiam exſpectativam cum aſſenſu Electorum nomine Imperii factam confirmare tenetur.*

672. Prælatus ſucceſſor *tenetur, quando Prædeceſſor cum conſenſu Capituli exſpectativam promiſit.*

674. Privilegium *adhibito Procerum conſenſu conceſſum revocari nequit.*

675. *Indecorum eſt* Principi, *ſi revocet privilegium, utcunque ex liberalitate datum: & n. 676. 677. 678.*

681. Conditio *retrotrahitur ad tempus primæ factæ conceſſionis.*

687. *Si conſentiente Vaſallo is, cui* exſpectativa *promiſſa, in poſſeſſionem ſit inductus, tenetur etiam Succeſſor ratam habere promiſſionem: Ratio, num. 688.*

690. Res *ſemel ad fœminas tranſitoria, in poſterum talis manet.*

698. Confirmatio privilegiorum *non eſt neceſſitatis, ſed duntaxat conſilii, & n. 699. 700.*

703. Privilegii renovatio *ſuſpendi debet, donec cauſa contradictionis fuerit diſcuſſa. Reſtringitur, num. 704.*

707. *Quotiescunq; requiritur* confirmatio privilegii *vel ſtatuti, ea inducitur per juramentum Regis de ſervandis ſtatutis vel privilegiis Civitatis.*

710. Imperatoris aſſertioni *quoad benè merita ſtatur, etiam in præjudicium tertii, n. 711.*

714. Feuda dignitatum *naturâ ſuâ ſunt individua: & n. 742. 743. 744.*

715. Aurea Bulla *Caroli IV. diviſionem Electoratuum inhibet.*

716. Principatus *hodiè dividuntur tam in Germania, hoc n. quàm in Gallia, n. 717. & Italia, n. 718.*

719. Feudum dignitatis *ſemel diviſibile, ſemper tale manet.*

720. Unionis *privilegium, Duci Juliacenſi indultum, non impedit diviſionem.*

721. *Multum intereſt, an* Ducatui *aliud Dominium per incorporationem, vel unionem ſimpliciter, vel ita conjungatur, ut ſit portio quædam Ducatus.*

722. *Nonnulli Dd. feuda dignitatum quoad ſubſtantiam, titulosq; dignitatum* diviſioni *non eſſe obnoxia contendunt; at quoad bona temporalia, puta Civitates, Caſtra & alia loca diviſionem recipere autumant, n. 723. vide tamen n. 785. 786. 787. 788. 789. & ſeqq.*

724. Diviſio *Adminiſtrationis, uſus & exercitii Jurisdictionis fieri poteſt; & n. 725. 726.*

727. *Plures* feuda indiviſibilia *pro indiviſo poſſidere poſſunt.*

728. *Ab* indiviſibilitate Regalium dignitatum *ad jus primogenituræ concludenter non arguitur: & n. 729. 730.*

731. *In materia odioſa* extenſio *ex majoritate, nedum identitate rationis non admittitur.*

732. Jus primogenituræ *à jure communi deviat, ideoq; reſtringendum, n. 733. & ſtrictiſſimè intelligendum, n. 734.*

735. Pacta dotalia *quatenus de feudis Imperii, maximè regalibus, diſponunt, nulla ſunt.*

736. Jus primogenituræ *erigere nequit, qui in ſuo ſtatu Superiorem recognoſcit.*

737. Primogenitus *fieri non poteſt ſine conſenſu Principis.*

738. *De* Regno, Ducatu, Comitatu, &c. *quis teſtari nequit.*

739. Princeps *feudum Primogenito relinquendi facultatem in perniciem aliorum filiorum dare non poteſt.*

740. Princeps Palatinus Neoburgicus *pacta Polonica impugnavit; Ergò non poteſt in illis certum collocare fundamentum: Reſpondetur n. 830. 831. 832. 833. 834. 835.*

741. Feudi individuitas *contra Dominum, ſi juri ſuo renunciet, non poteſt allegari.*

745. Feudum dignitatis individuum *ad ſolum Primogenitum pertinet, & n. 746. 747. 748.*

749. Primogenitura *inde nata, ne diviſione corrumpatur regnum, & familiæ diſpergantur; & num. 750.*

751. Conſuetudo *de Ducatibus Germaniæ dividendis non eſt uniformis, & n. 782.*

752. Jus primogenituræ *pactis dotalibus Prutenicis erectum: Quod tamen antea in pactis dotalibus Joannis Ducis Cliviæ, & Mariæ Juliacenſis radices egit, n. 757.*

754. Princeps *ſolus diverſas Provincias & Dominia vi Superioritatis unire poteſt.*

755. Fridericus II. Imperator *civitatem* Braunſchweig *& caſtrum* Lüneburg *univit.*

756. Unio Juliacenſis *an ob jus ſucceſſionis vel confœderationis inita?*

758. Subditorum *maximè intereſt, ne plures dominos habeant; Ratio, n. 759. & 792.*

780. Servitus *gravior dicitur, quæ pluribus, quàm uni debetur.*

781. Subditi *invitì alienari nequeunt.*

783. Conſuetudo *exactibus difformibus contra jus commune nunquam inducitur.*

784. Pacta Illuſtrium Familiarum *ad bona quærenda extenduntur, ita, ut quaſi onere fideicommiſſi affectu alienari nequeant, & in caſu contraventionis à Succeſſoribus vindicari poſſint.*

789. Prin-

789. Principum *pluralitas nociva, & n. 791. & justa causa est introducendi jus primogenituræ, n. 794. 795.*

790. Communio *discordiam & socordiam gignit.*

793. *Jus* primogenituræ *publicè utile est.*

796. *Ex* individuitate *Jus Majoratus regulariter arguitur: Quæ sententia in praxi recepta, num. 797.*

798. Verba *in Privilegio Unionis*, zusammen unirt/ und gäntzlich bey einander ohngesondert und ohnzertrennet bleiben sollen/ *primogenituram inducunt; & n. 816.*

799. Divisio *adversatur individuæ unioni.*

800. Expressum *in individuo dicitur, quando dispositio in alio verificari non potest.*

801. *Specialiter* expressum *videtur, quod includitur virtualiter in verbis expressis.*

802. Jus primogenituræ *jure divino, naturali, civili, & canonico, omniumq; ferè gentium consensu & usu receptum; & n. 803. 804. favorabile, n. 805. & cum Reipubl. commodo conjunctum, n. 806. 807. 808.*

809. Divisio *Illustrium Familiarum interitus.*

810. Divisionis *incommoda plura: & num. 811. 814. 819.*

812. Dispositio *de capite ad membra, & è converso de membris ad caput porrigitur: & n. 813. vide quoque n. 1146.*

816. Concesso fine, *& omnia media, per quæ pervenitur ad finem, concessa intelliguntur.*

818. Feudum novum *ex mutatione pactorum arguitur; & n. 819. 820. 821.*

822. *In* feudo novo *potest pater majoratum instituere ad præjudicium eorum, qui cum primogenito sunt vocati in feudo novo, & n. 823. etiam non accedente Domini consensu, n. 824. rejecta contraria opinione, n. 825.*

826. Princeps *in feudo jurisdictionali potest constituere jus primogenituræ ad præjudicium vocatorum: & num. 827. explosa contraria opinione, n. 828.*

829. *Cuivis absque permissu Principis Majoratum in re sua constituere licet, modò liberis legitima relinquatur.*

836. Procurator *habens mandatum ad acquirendam possessionem acquirit Domino etiam ignoranti; ratificatione tamen subsecuta, num. 837. 838.*

839. Princeps *per ingressum principalioris Civitatis Provinciæ acquirit communem possessionem totius Provinciæ; limitatur & declaratur, n. 844. 846.*

840. Castro *apprehenso censentur apprehensa pertinentia.*

841. *Si quis alicujus nomine sine mandato capit aliquam* possessionem, *nihil agit, nisi re adhuc integra, & idoneo tempore, antequam tertius eandem possessionem apprehenderit, illam ratificaverit; & n. 842. 843.*

845. Introitus *cum adparatu tangit actum præeminentiæ & jurisdictionis.*

847. Possessionis *jus per dominium potiora q; jura absorbetur: & meliora jura habens præfertur in conflictu possessionum, n. 848.*

849. Electoris Brandenburgici *intentio quoad petitorium fundatur in pactis dotalibus; & num. 850. 851. 852.*

853. Primogenitus *ex natura Majoratus transmittit jus succedendi in filium: & numer. 854. 855. 856.*

857. Ducatus Clivensis *feudum fœmininum; & num. 858. uti & Ducatus Juliacensis, Bergensis. & Comitatus Ravensburgicus, numero 859. 860. 861. 862. 863. 864. 866. 870. 872. 873. 874. 875. 877. 878. Contrarium, & quòd feuda masculina sint, defenditur, numer. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 959. 962. 963. 964. 965. 966. & seqq. & num. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. & 990. 991. 992.*

865. Historicis *credendum.*

868. Consuetudo *unius loci, si quid in ea aliquid dubii subsit, per consuetudines & statuta vicinorum locorum est declaranda & interpretanda, & n. 869.*

871. Casus *in privilegio omissus, decisioni juris communis relictus esse censetur.*

876. *In* feudo fœmineo *masculus, etsi remotior, & in linea diversa existens, præfertur fœminæ etiam proximiori ejusdem lineæ.*

883. Relatio, *quantumvis generalis, eò trahenda non est, ut sibi quis ipse contrarius esse videatur.*

885. Factum & delictum patris *filiis indistinctè nocet in feudo novo: Restringitur & limitatur, num. 1067.*

886. Vasalli hæredes *factum ejusdem quoad feudalia impugnare vel revocare nequeunt.*

887. *Principis Palat. Neoburgici intentio fundatur in Caroli V. Privilegio, conjungendo privilegium Unionis; Et quòd feuda controversa sint masculina, asseritur, numer. 888. 889. 890. 895. 896. 897. Et num. 1018. 1019. 1020. 1022. 1023. 1025. 1029. & seqq. & n. 1051. 1052. 1054. 1055. 1056. 1060.*

891. Duæ improprietates *vel specialia non debent concurrere; & n. 892.*

893. Privilegium *non subsistit, si in eo sint plura specialia: Ampliatur in feudis quoad fœminas, num. 894.*

898. Fœmina *non succedit in feudo recto & proprio, nisi expressè vocata sit: & n. 899.*

900. Pactum, *quòd mater in feudo succedat, porrigitur ad Filiam.*

901. In feudo proprio *non habet locum jus repræsentationis; & n. 902. 904.*

903. In jus exstinctum *non potest dari successio, neque repræsentatio.*

905. Successio feudorum *est separata à successionem allodialium.*

906. Transmissionis *triplex species; quorum nulla ad hanc feudalem successionem potest applicari, uti deducitur, num. 907. 908. 909. 910 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. & numer. 944.*

921. Transmissio *cessare solet, quando aliqui disertè sunt vocati.*

922. Substitutus *hæredi aliàs transmissario præfertur.*

923. Fundamento *sublato omnia superstructa corruunt.*

924. Relatum *inest referenti cum omnibus qualitatibus.*

925. Verbum Leibs-Erben *pro subjecta materia* Manns-Erben *denotat: & n. 926. 927. 928. 929.*

930. Correctio *præcedentium non præsumitur in sequentibus in continenti facta.*

931. Renunciationes *Principis Neoburgici & Bipontini quomodo intelligenda?*

932. Patris enunciatio *non aufert filiis jus quæsitum: & n. 934.*

933. Matris renunciatio *in Emphyteusi non ob-*

eſt nepoti ex propria perſona ſuccedenti; & numer. 935.

936. Renunciatio privilegii, *ex quo alteri jus quæſitum, nullius eſt efficaciæ.*

937. Privilegiorum *ignorantia præſumitur.*

938. In actibus, *qui palàm & publicè fiunt, non licet allegare ignorantiam.*

939. Pacta illuſtrium perſonarum *non præſumuntur ignorari ab extraneis: Reſtringitur & diluitur, n. 940.*

941. De Feudis Imperii *nulla valet diſpoſitio, niſi conſentiente Imperatore.*

942. Defectus conſenſus *Domini directi non poteſt excipiendo allegari à tertio.*

943. Jus tertii *poteſt opponi, ſi ſit excluſivum juris partis adverſæ.*

945. *Extra certos & ſpeciales caſus* neptis ex filio *primogenito ſecundogenitum filium ſive patruum non excludit.*

946. Nepos *an diſpoſitione hominis patruum excludat?*

947. *Neptis primogenitæ quando in locum matris non ingreditur? Et n. 948. 949. 950.*

951. Maſculus *ex fœmina deſcendens fœminæ eſt præferendus, etſi fœmina defuncto ſit proximior.*

953. Feuda *in dubio potiùs recta & maſculina, quàm fœminina præſumuntur: Quod in feudis Imperii maximè procedit, n. 954.*

957. Actus *ita interpretandus, ne ſit fruſtraneus.*

958. Privilegium *non debet eſſe fruſtratorium, & de vento.*

959. *Appellatione feudi recti & juſti venit feudum maſculinum & paternum.*

960. Fœminina Feuda *ſunt impropria & degenerantia.*

967. Feudum fœmineum *eſt, de quo fœmina primùm inveſtita eſt: Et n. 968. 969. 970.*

981. Argumentum *ex conſuetudine ſuccedendi in Regnis & Provinciis deſumptum non procedit: Ratio diverſitatis adſignatur, n. 982. & 987.*

983. Fœminæ *quando ad regales dignitates admittantur? & n. 984. 985. 986.*

988. Conſuetudo *de loco ad locum non extenditur.*

989. *Quælibet* Provincia *abundat ſuo ſenſu.*

990. Dux Niverniæ *an ex primo ſtipite Ducum Clivenſium deſcendat, & ad ſucceſſionem harum Ditionum admittendus? Et n. 1001, 1002.*

1000. *In* feudo fœmineo *maſculus remotior non attentâ gradus prærogativâ fœminæ præfertur, quando maſculus à primo acquirente deſcendit.*

1002. *Ille, cui feudum per* diviſionem *obvenit, habetur pro primo ſtipite quoad hoc, ut, donec ex eo aliquis exſtet ſive maſculus, ſive fœmina, excludatur ex altera linea deſcendens.*

1003. Æquitas *in ſucceſſionibus attendenda.*

1004. Imperator *jus per inveſtituram alicui quæſitum tollere nequit; & n. 1005.*

1006. *An* Princeps *filiam in præjudicium agnatorum ad feuda habilitare poſſit? & n. 1007.*

1008. *An in privilegio hoc principaliter actum ſit, ut Ducis Wilhelmi filiæ, earumq; filii, ſive hæredes maſculi præferantur filiabus ex filiis ipſius prognatis ob favorem ſuperilluſtris matrimonii? & n. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015.*

1009. *Abſurdum eſt,* filium *excludi, & neptem ex filio in ulteriori gradu admitti.*

1016. *Ubi* privilegio vel ex pacto ad ſucceſſionem *feudi vocantur filiæ Titiæ, tunc ultra filias ipſius nullæ fœminæ ex filiabus vel filiis primogenitæ admittuntur: Secus, ubi fœminæ in genere vocantur, n. 1017.*

1021. *Quando* feudum *dividi nequit, unus iſq; primogenitus habilis in eo ſuccedere debet.*

1024. *Nomine* Poſterorum *maſculi veniunt.*

1026. *Vox* ALIA *eſt repetitiva ſimilium, quæ ſunt ejusdem qualitatis & conditionis: Vox* Et cætera *eandem vim habet, n. 1027.*

1028. Reſervatio *in uno eſt abdicatio aliorum.*

1030. Actus *ultra intentionem agentium non operantur.*

1031. *Non ſufficit* fœminas *talibus verbis includi, quibus pariter includi poteſt maſculus.*

1032. Specialiter *quando aliquid fieri debet, non ſufficit verbis generalibus fieri; & n. 1033.*

1034. Privilegii *appellatione etiam feudum venit, ſi contra naturam feudi concedatur.*

1035. Feudum *ſtricti juris.*

1036. Privilegium *contra jus commune conceſſum ſtrictiſſimè eſt interpretandum, nec extendendum; & n. 1037. 1038.*

1039. *Sub verbo* Hæredum & Poſterorum *in inveſtituris & conceſſionibus feudalibus duntaxat maſculi continentur, & n. 1040.*

1041. Interpretatio *in diſpoſitionibus ita facienda eſt, ut quàm minimùm lædatur jus commune; & n. 1042.*

1043. *De* Perſona *ad perſonam nunquam admittitur extenſio; & n. 1044.*

1045. Diſpoſitio *quævis ad habites terminos reſtringenda.*

1046. *Ea* interpretatio *amplectenda, per quam jura juribus, privilegia privilegiis concordantur; & n. 1047. 1048. 1049. 1050.*

1053. Pluralis locutio *in uno non verificatur.*

1057. Contrahentes *in dubio cenſentur ſe accommodare voluiſſe diſpoſitioni juris communis.*

1058. Relatio *repetit omnes qualitates & circumſtantias diſpoſitionis relatæ; & n. 1059.*

1061. Voluntas & poteſtas *ad cujusvis actus perfectionem ſimul requiruntur; & n. 1062.*

1063. *Ex confirmatione Imperatoris pacta dotalia illuſtrium perſonarum robur accipiunt; & num. 1064.*

1065. Vaſallus *de feudo teſtari non poteſt, niſi cum conſenſu Imperatoris.*

1066. Actus *ita præſumitur geſtus, ut valeat potiùs, quàm ut pereat.*

1075. Privilegia *omnesq; alia diſpoſitiones recipiunt interpretationem ex jure communi: & numer. 1076.*

1077. *Ex* Privilegiis Caroli V. & Ferdinandi, *nec non* pactis Prutenicis *ſimul præſens caſus deciditur, ita, ut ſucceſſio devolvatur ad filiam ſecundogenitam, ejusq; hæredes maſculos, & n. 1078. 1079.*

1080. *Ex* duabus ſcripturis *ſimul junctis quis ſuam intentionem fundare poteſt.*

1081. Cæſ. Majeſtatis Jurisdictio *ſuper regalibus feudis tam de jure communi feudorum, quàm vigore Ordinationis Cam. p. 2. tit. 7. fundata eſt.*

1082. Imperator *contra omnes Imperii ſubditos ratione Jurisdictionis habet fundatam intentionem.*

1083. Citatus *etiam eo caſu, quando dubium eſt, an jurisdictio ſit citantis, comparere debet ad allegand. Exceptionem declinatoriam; & n. 1084.*

1085. Proteſtatione *de non conſentiendo neq; prorogando Jurisdictionem, Judici ſua jurisdictio declinatur.*

1088. Ve-

1088. Verecunda *est eorum* cogitatio, *qui lites exsecrantur.*

1089. Causæ *priùs concordari, quàm judicio terminari debent; præsertim inter conjunctos, numer. 1090.*

1091. Superioris *propriæ sunt partes fomenta litium tollere.*

1092. Compromissa *consensu Superioris interveniente sustinentur; nec non transactiones, numer. 1111.*

1093. Jus primogenituræ *ubi semel ad aliquem devenit, via succedendi aliis præcluditur, donec masculi ex illa linea descendentes supersunt: & n. 1094. 1095.*

1096. Primogenitus *non potest favori suo renunciare in favorem tertiogeniti prætermisso secundogenito.*

1097. Confirmatio *est nulla, ubi nullum est confirmabile.*

1098. Confirmatio *nihil novi dat: Restringitur & declaratur n. 1124. 1125. 1126. 1127.*

1099. Confirmatio *intelligenda est secundùm naturam & cum qualitatibus dispositionis confirmatæ.*

1100. Confirmatio *non valet, quando privilegio totus tenor confirmati non reperitur insertus.*

1101. Causa *principali deficiente, deficit ipsa concessio & confirmatio.*

1102. *Quando constat de* voluntate Principis, *tum, si* Princeps *in privilegio suo mentionem faciat alterius dispositionis, circa quam etiam haberet potestatem disponendi, non est necesse exhiberi illam dispositionem, licèt ad illam relatio facta sit: & n. 1103.*

1104. *Clausulæ, ex certa scientia, de plenitudine potestatis* effectus; *& n. 1105. 1106.*

1107. *Verba*, Sancimus, Statuimus, Volumus, Concedimus, *quid importent? & n. 1108. 1109.*

1110. Verificatio narratorum *in privilegiis non requiritur, quando privilegia de novo conceduntur.*

1112. Confirmatum *quando est nullum, attenditur confirmans, & non confirmatum, & agitur ex ipso confirmato.*

1113. Confirmans *actum nullum dicitur de novo facere.*

1114. Instrumentum *mentionem faciens de alio instrumento facit fidem inter easdem personas, etsi illud, ad quod facta est relatio, non exhibeatur.*

1115. Frustra *de novo petit, quod intus habet.*

1116. *Ubi plures vocantur ad* rem indivisibilem, *is solus admittitur, qui cæteris est natu major.*

1117. Confirmatio *secundùm narrata impetrantis intelligenda est.*

1118. Privilegium *est exaudiendum secundùm tenorem Supplicationis oblatæ, & numer. 1119. 1120. 1121.*

1122. Confœderationes *licitæ sunt, & n. 1123.*

1128. Differentia *inter causam impulsivam & finalem; & n. 1129.*

1130. Causa impulsiva *falsa non vitiat concessionem: Declaratur n. 1131. 1132.*

1133. Confirmatio *in communi forma quando jus tribuat?*

1134. Fœmina *in successione feudi quando aliis præferatur; & n. 1135.*

1136. *An* feudum *semel ad fœminam transitorium perpetuò tale maneat? Aff. hoc & n. 1137. Negativa opinio probatur num. 1138. 1139. 1140. 1141. 1142. Limitatur insuper Affirmativa num. 1143. 1144. 1145.*

1147. In quavis dispositione *pro disposito habetur, quod verisimiliter disponens, si de eo fuisset interrogatus, disposuisset.*

1148. Provisio *in unum casum facta extenditur ad alium, in quem similiter providisset testator, si de eo cogitasset.*

1149. Expressum *dicitur, quod ex præsumtionibus liquet.*

1150. Ordo prioris denominationis *ordinem charitatis & majoris dilectionis denotat: & numer. 1151.*

1152. Casus *pro omisso non est habendus, quando remotioris conditio melior fieret, ac proximioris.*

A DOMINO AUXILIUM ET CONSILIUM.

ES ist nicht allein im Heil. Römischen Reich Teutscher Nation, sondern auch anderen benachbarten Königreichen und Landen lautbar und erschollen/ welcher gestalt nach tödtlichem den 25. 15. Martii nächstverflossenen 1609. Jahrs erfolgten Ableiben deß Durchleuchtigen/ Hochgebornen Fürsten und Herrn/ Herrn Johann Wilhelmen/ Hertzogen zu Cleve/ Gülich und Berg/ Graven zu der Marck und Ravenspurg/ ꝛc. sich unterschiedliche Herren Successores angeben/ auch theils der Possession genähert. Inmassen denn erstlich/ im Namen deß Durchleuchtigsten/ Hochgebornen Fürsten und Herrn/ Herrn Johann Sigismunden/ Marggraven zu Brandenburg/ deß H. Römischen Reichs Ertz-Cämmerern und Churfürsten/ ꝛc. einer/ mit Namen Stephan von Hertfeld zum Kolck/ als angegebener Churfürstl. Brandenburgischer Raht und Diener/ vermittelst eines den 6. April, 27. Martii, besagten Jahrs zu Düsseldorff affigirten Patents/ sich dahin erklärt/ wie er von wegen Hochermeldtes Churfürsten die würckliche Possession hiemit angegriffen haben wolte/ hernacher auch der Durchleuchtig/ Hochgeborne Fürst und Herr/ Herr Wolffgang Wilhelm Pfaltzgrav bey Rhein/ Hertzog in Bäyern/ ꝛc. im Namen Ihrer Fürstl. Gn. Frau Mutter/ ꝛc. sich ebenmässig der Possession unterfangen.

Nachdem aber zwischen dem Durchleuchtigen/ Hochgebornen Fürsten und Herrn/ Herrn Ernsten Marggraven zu Brandenburg/ ꝛc. als hierauf in die Gülichische Land abgeordneten Churfürstl. Brandenburgischen Gewalthaber/ uñ erst Höchermeldtem Herrn Pfaltzgraven/ ꝛc. das Werck ratione possessionis sich zu sorglicher Weiterung angelassen/ dannenhero seynd beyde Fürsten/ vermittelst deß Durchleuchtigen/ Hochgebornen Fürsten und Herrn/ Herrn Mauritzen/ Landgraven zu Hessen/ ꝛc. Unterhandlung/ den letzten Maji Stylo veteri zu Dortmund der Gestalt verglichen und vereinbaret/ daß vorbehältlich männiglichs Rechtens tam in possessione quàm petitorio in den erledigten Fürstenthumen und Herrschafften die Administration zu gesamter Hand so lang und viel geführet werden soll/ bis einer von Ihrer Herren Principalen vor den rechten und einigen Successor erklärt würde.

Hierzwischen haben auch die Römische Käiserliche Majestät Dero Käiserl. Commissarios in obberührte Land abgeordnet/ so denn sub dato 24. 14. Maji zu Prag Käiserl. Citation und Mandata an alle Interessirte/ um ihre Gerechtsam zur Succession ausfündig zu machen/ ausgehen lassen/ wie nicht weniger/ vermög Dero sub dato 7. Julii ausgefertigten Befehlschreibens/ von Römischer Käiserl. Majestät Vollkommenheit angeregte Interims-Vergleichung um deß willen/ daß dieselb Ihrer Majestät insinuirten Mandatis und Citationibus zuwider/ und den andern Interessenten zu unwiederbringlichem Nachtheil gereichete, cassirt und

vor nichtig erklärt / auch beyden Fürſten geboten / alles in vorigen Stand zu reſtituiren und zu ſetzen / darinn es / bis ein anders erkennt / verbleiben zu laſſen / und Jhrer Majeſt. als dieſer Länden ohnmittelbarem Ober- und Lehen-Herrn / darzu in dieſem Fall eintzigem ordentlichen Richter nicht vorzugreiffen / welche Mandata denn hernacher mehrmals erfriſchet / und von Hochermeldten Fürſten denſelben zu gehorſamen endlich ſub pœna banni auferlegt worden.

Bey dieſem Verlauff auch der Durchleuchtigſt / Hochgeborne Fürſt und Herr / Herr Chriſtian der Ander / deß Heil. Römiſchen Reichs Ertzmarſchalck und Churfürſt zu Sachſen / ꝛc. wegen deß Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen bey der Käiſerlichen Majeſtät auf ausgangene Citation ſich anmelden / und über deſſen ſo wol aus Käiſer Friderichs deß Dritten de dato 26. Junii Anno 1483. und folgends den 18. Septemb. Anno 1486. und Anno 1495. von Käiſer Maximiliano I. confirmirtem Privilegio der Anwartung / als auch der / zwiſchen Hertzog Johann Friderichen Churfürſten zu Sachſen / ꝛc. und Fräulein Sybilla Hertzogin zu Cleve / Jülich / ꝛc. den 8. Auguſti Anno 1526. zu Maintz aufgerichteter / und durch Käiſer Carolum V. den 13. Maji Anno 1544. beſtättigter Heirahts-Abrede herrührende Anforderung zu den verledigten Fürſtenthumen und Herrſchafften eine ausführliche Deduction, auch folgends zu Rettung derſelben eine andere Schrifft / Sächſiſche Apologia genannt / in den offentlichen Druck publiciren / und hin und wieder zu männiglichs Wiſſenſchafft austheilen laſſen.

Nicht weniger hat die Durchleuchtig / Hochgeborne Fürſtin und Frau / Frau Anna Pfaltzgrävin bey Rhein zu Zweybrücken / geborne Hertzogin zu Cleve / Gülich / ꝛc. zu Behauptung Jhrer F. Gn. Gerechtſam einen Bericht in den Druck geben / und darinn auf die Abtheilung der Landen / oder aber geſamte Adminiſtration pro indiviſo gedrungen.

Zu gleichem effect iſt auch von dem Durchleuchtigſten / Hochgebornen Fürſten und Herrn / Herrn Carln Marggraven zu Burgau / ꝛc. in Ehevogts Namen Jhrer F. G. Gemahlin Hertzogin Sybilla / das Jus ſucceſſionis faſt auf den Schlag / wie ex parte Pfaltz-Zweybrücken beſchehen / ausgeführet worden. Was andere Intereſſenten / ſonderlich der Hertzog von Nivers / und Grav von der Marck / ꝛc. der Succeſſion halben prætendiren / und worauf Sie ihrer Intention Grundveſt ſetzen / deſſen iſt der Conſulent noch zur Zeit nicht eigentlich berichtet / alſo hierüber zu diſcurriren von ihm unterlaſſen worden.

Aus vorgehender Erzählung aber dieſe zweiffelhaffte Fragen ſich hauptſächlich ereignen.

Zum Erſten / ob Hocherwehnte beyde Fürſten / Brandenburg und Pfaltz-Neuburg / ſich der Poſſeſſion beſchehener maſſen nähern / und derentwegen auf Interims-Mittel / ohne Abbruch der Käiſerl. Maj. Jurisdiction, vergleichen können?

Fürs Ander / wer in petitorio gegenwärtigen Falls deß Richterlichen Amts ſich zu unterziehen / ob ſolches nicht der Käiſerl. Maj. allein gebühre?

Drittens / dieweil Hochermeldten Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen Anforderung gleichſam præjudicialis, alſo wo daſſelb zu der Succeſſion berechtigt / der andern Intereſſirten prætenſiones für ſich fallen würden; ſo iſt zu erwegen / ob deſſen Anſprach in den Rechten gegründet?

Am Vierdten / ob nicht die Käiſerl. Majeſt. mehrangeregte Fürſtenthumen und Herrſchafften als eröffnet ſprechen / und dem H. Reich einheimiſchen könne?

Zum Fünfften / ob Hochermeldte Pfaltzgrävin zu Zweybrücken und Marggrav zu Burgau / ꝛc. ihre Anforderung in Stand Rechtens zu erhärten?

Beſchließlich und proSexto, welcher zwiſchen Brandenburg und Pfaltz-Neuburg beedes in poſſeſſorio & petitorio am beſten berechtiget ſeye?

21 In ſonderbarer Erwegung / daß auch absque jurata promiſſione ſolche treue Devotion und Gehorſam aufrichtig beſtehen mag / Cravett. *conſil. 452. num. 11. ubi* poſt Anchoran. Caſtrenſ. & Socin. dixit: quòd quis ſe alicui ſubmittere poſſit, citra
22 religionem juratæ vel promiſſæ fidelitatis. Et fidelitatem poſſe conſtare ſine Juramento, ait Weſ. *conſ. 9. num. 6.*

Geſtalt denn nicht weniger ein Lehenmann absque
23 Juramento fidelitatis die Lehen-Pflicht verſprechen und wol halten kan: ut proinde rectè dixerint Feudiſtæ, Juramentum fidelitatis non eſſe de Subſtantia feudi, ideoque remitti poſſe, non etiam fidelitatem. Baro Schenck à Tautenberg. *in cap. 1. §. Eſt & alia ingratitudo. num. 5. & ſeq. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* Roſenthal *de feud. cap. 2. concluſ. 60. & concluſ. 66. & c. 6. concluſ. 35. n. 5. & concl. 86. n. 5.* cum ibidem relatis. Accedit Marcus Antonius Peregrin. *conſ. 4. num. 39. & conſil. 16. num. 14. lib. 1.* ubi plures laudat. Joan. Baptiſt. Aſinius *de Execut. §. 9. c. 3. num. 1.*

Bevorab / daß am Dritten beſagtes Juramentum
24 adſecurationis vel homagii in Jure communi nicht ergründet / ſondern conſuetudine & moribus allgemachſam eingeführet worden: quod eleganter Bald. *conſil. 410. Quæritur. num. 2. vol. 5.* hisce formalibus tradidit: Jure antiquo (*inquit*) quando Ju-
25 ſtinianus leges compoſuit, Juramenta fidelitatum cognita non erant: nec in Jure antiquo hoc vocabulum reperitur: Poſtea verò crevit Subditorum infidelitas, & Dominorum dira voracitas, unde ad ſervile nomen fidelitatis ventum eſt, & macula injecta libertati. Eſt enim Juramentum fide- 26
litatis, & fidelitas iſta quædam obedientiaria ſervitus, tamen ſine capitis diminutione, & introductum ob rebelles propter eorum frænum: Nam, ut ait Eccleſiaſticus, jugum & lorum curvant collum durum. Ab antiquis autem legibus, quarum veſtigia in populis liberis remanent, hæc nomina infeſta ingenuitati, & humanæ dignitati totaliter exulabant. Hæc Bald. Nec diſcrepat 27
Molinæus *in Conſuetud. Pariſ. §. 3. gloſſ. 3. verb. la bouche. num. 6.* quatenus affirmat, de Jure ſcripto ſubditos non teneri ad præſtationem alicujus homagii vel Juramenti, niſi in locis, ubi hoc habet conſuetudo; qui exinde putat, citra ſpecialem conſuetudinem à Subditis Juramentum hoc non exigendum, niſi fuerit Supremus Dominus nullum in Superiorem recognoſcens: Et Jura- 28
mentum hoc conſuetudini adſcribit etiam Petrus Foller. *in conſtit. reg. c. errores. num. 13. in fin. fol. 56.* ut inde homagia ut ſpeciem ſervitutis, 29
(uti appellat Afflict. *ad conſtit. reg. lib. 2. rubr. 35. num. 9.* Anton. Sola *ad Conſtit. Sabaud. de Jur. Emphyt. p. 1. gloſſ. 3. n. 12.* Aſinius *de Execut. §. 9. c. 5. n. 2.* ubi loquitur de Juramento fidelitatis) 30
odioſa eſſe rectè adſtrui poſſit, poſt Bald. Chaſſanæus *in Conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 3. verb. & homage. num. 5.* Sanè & ante Concilium Toletanum, quod celebratum fuit Anno 633. hoc Jura- 31
mentum fuiſſe à ſubditis præſtari ſolitum, evincitur ex apologia Sereniſſimi Angliæ Regis Jacobi pro Juramento fidelitatis, *fol. 73. & ſeqq.* etiam 32
ab Eccleſiaſticis. Vide Concilium Aquisgranenſe Anno 836. ſub Ludovico Pio, *fol. 78.*

Vierdtens dieweil richtig / daß veri Subditi ſich in
ihrer Herrſchafft Jurisdiction in libertatem vermittelſt 33
der Præſcription wiederum vindiciren und loswürcken können / Abb. *in c. non liceat. de præſcription.* Oldrad. *conſil. 354.* Berous *conſil. 25. n. 14. lib. 1.* Menoch. *d. conſil. 748. n. 38. & num. 47. in fin. & num. 48.* eleganter Vaſq. *p. 1. lib. 2. illuſtr. controverſ. cap. 82. per tot.*

Fürnemlich / daß die Jurisdiction nicht wegen der
Obrigkeit / oder deroſelben zu Gutem / ſondern den Unter- 34
thanen zum Beſten erfunden / Vaſq. *d. cap. 8. num. 2. & in præfat. illuſtr. n. 102. & in tract. de ſucceſſ. progreſſ. in præfat. num. 10.* Franciſc. Caldas *in l. ſi curatorem, verb. per quod priſtinum Jus. n. 34. Cod. de reſtit. in integr. minor.* Joan. Garzias *de expenſ. cap. 21. num. 32.* Guilielm. Benedict. *in cap. Raynutius. verb. condidit. de teſtam. part. 1. fol. 142. num. 41.* Franciſc. Hotoman. *illuſtr. q. 1.* 35
Cui utilitati Subditi paulatim renunciare poſſunt, juxta Vaſquium *d. cap. 82. num. 3. & 4.*

So thut ſich hieraus wiederum dieſe Folge erſpinnen / nachdem den Schaumburgiſchen Beamten und Unterthanen de Anno 1518. und alſo in 90. Jahren das Juramentum adſecurationis niemals zugemuthet worden / daß ſie oder die Herren Grafen præſcri- 36
ptione immemoriali ſich darwider wol zu ſchirmen haben: Ex quo in libertate præſcribenda adverſus olim conſtitutam ſervitutem etiam ſola quaſi poſſeſſio ſufficit, nec neceſſaria eſt ſcientia, nec patientia illius, contra quem præſcribitur, *l. ſi partem. §. ſi per fundum. ff. quemadmod. ſervit. amitt.* Covarruv. *in d. cap. poſſeſſor. part. 2. relect. in pr. num. 10. de Reg. Jur. in 6.*

Sicut nec opus eſt, ullum titulum oſtendere,
ubi Jus commune vel libertas naturalis præſcri- 37
benti ſuffragatur, cùm hoc ipſum ſit loco tituli. Dyn. *in c. poſſeſſor. num. 45. & ſeq. de Reg. Jur. in 6.*

Balbus

Balbus *de præscript. p. 3. quartæ partis principalis*
38 *q. 4. n. 3.* Quælibet enim res facillimè ad primævam naturam redit, *l. si unus. §. pactus. vers. quod etiam in specie. ff. de pact.* Bursat. *consil. 127. n. 115.* Cravett. *consil. 616. num. 15.*

Inmassen denn und pro Quinto diese Opinion / quòd tempore immemoriali possit præscribi li-
39 bertas ab onere præstandi hoc juramentum adsecurationis, auch von ansehenlichen Dd. bestärckt wird; Insonderheit aber ab Abbate *consil. 82. n. 2. vers. ad secundum respondeo. lib. 1.* Socin. Jun. *consil. 257. num. 2. vers. præterea. vol. 2.* Nevizan. *consil. 11. num. 8.* Cephal. *cons. 176. n. 21. & seqq.* & rursum *cons. 628. num. 89. cum seqq.* Cravett. *cons. 802. n. 2. & 5.* (qui tamen in eo casu admittere videtur, si nunquam tale juramentum præstitum fuerit (uti hîc) eò, quòd tum extempore vetustissimo & longissimo quasi remissum præsumatur) & omnium fusissimè Menoch. *consil. 748. num. 28. & seqq.* ubi etiam nervosè rationes dubitandi diluit. Marc. Anton. Eugen. *consil. 43. n. 79.* Francisc. Bec. *consil. 180. ubi in fine* pro hac sententia judicatum testatur à Senatu Mediolanensi. Idemque obtine-
40 re in juramento fidelitatis à Vasallo præstari solito, ut & huic præscribatur, affirmat Abb. *d. consil. 82. n. 7.* qui in tali casu loquitur. Cravett. *consil. 111. n. 25. & de antiquit. tempor. part. 4. §. materia singularitatis. n. 30. fol. 453.* Menoch. *d. consil. 748. num. 44.* ubi & alios refert. Quò etiam inclinat Rosenthal *de feud. c. 6. concluf. 82. numer. 6. lit. h.* existimans tamen, Jus feudi integrum manere, ex quo feudum esse potest, etiamsi fidelitas non juretur: Quod etiam suprà attigimus.

Welchem allem nach Exceptioni præscriptionis obhochermeldte Ihre Gn. dero Beamte und Unterthanen / deß Herrn Gegentheils Intention zu hinter-
41 treiben / auch diß beständiglich fürzuschützen haben / daß insonderheit wegen solcher Huldigung alle Neuerungen verhast / und also abzuschaffen seyn. Bertrand. *consil. 225. num. 7. vol. 3. part. 2.* Berous *consil. 81. num. 41. vol. 1.* Intrigl. *de feud. quæst. 56. num. 95.* Universitas Ingolstadiensis *consil. 24. num. 172. & seq. vol. 5. JCtorum German.* Marcus Anton. de Amatis *decis. 111. n. 5.* Franc. Bec. *d. consil. 180.*
42 *num. 34.* Sicut etiam contra novitatem in juramento adsecurationis inductam judicatum fuit 5. Julii Anno 1564. in Camera Imperiali, in Sachen der vier grossen Dörffer in Hattgau contra Hanau-Liechtenberg. Et rursum 15. Decemb. Anno 1570. in Sachen der Gemeine zu Odenheim contra das freye Adeliche Ritter-Stifft zu Brüchsel.

CONFUTATIO RATIONUM DUBITANDI.

ES geben auch oben eingeführte Rationes Dubitandi, und sonderlich / was zum Ersten de Jure Superioritatis Dominorum Landgraviorum eingewendet / dieser mit Rechts-Gründen besteiffter Adsertion keinen sondern Abbruch / alldieweil man Sr. Fürstl.
43 Gn. dergleichen Superiorität und Jurisdiction extra causam feudi allerdings in Abrede / dahero auch in der Belehnung lauter versehen ist / daß einem jeden Schaumburgischen Herrn / der berührte Land / Schloß und Städte innhat / angeregte Belehnung an seiner Obrigkeit / Hochheit / und einem jeglichen an seinen Erb- und Güter-Verschreibungen und Gerechtigkeit / wie die einem jeden an den obgemeldten Schlössern und Städten jetzo zustehen ohnschädlich seyn solle. Solche Clausula reservatoria aber wird keiner sonderbaren Operation seyn / ja der Herren Graffen zu Holstein-Schaumburg Jurisdiction und Hochheit mercklich geschmählert / da Ihrer Gn. Beamte und Unterthanen einem jeden die Regierung antrettendem Herrn Land-Grafen / über die von Ihrer Gn. empfangene Lehens-Pflicht / noch ferner mit dem Juramento subjectionis stets verhafftet seyn sollten.

Sintemal die Schaumburgische Unterthanen in gesetztem Fall / wenn ihnen etwas Widerwertiges be- 44
gegnet / ihren Respect blößlich auf hochermeldten Herrn Land-Grafen haben / auch sich unterstehen würden / per viam simplicis querelæ vel etiam appellationis dero Beschwerden daselbst anzubringen: Inmassen solches von vorigem Herrn Consulenten auch vernünfftiglich considerirt worden.

Und obwol in dem Lehen-Revers formaliter vermeldet / daß alle gegenwärtige und künfftige Amt-Leute / Wächter und andere Diener / auch Bürger und Einwohner zu den offtgemeldten dreyen Schlössern / Rodenburg / Hagenburg und Arnsberg gehörig / Uns (dem Land-Grafen) unsern Erben / Huldigung / Gelübd und Eid thun sollen / uns getreue / hold und gehorsam zu seyn / und uns zu gewarten / nach Laut und Inhalt dieser unser und Dnn. Comitum Reversal-Verschreibung / unser Schaden getreulich zu warnen / und Bestes zu thun / so dick das noch seyn wird. Jedoch ist dasselbe anderer 45
Gestalt nicht zu verstehen / denn da die Land-Grafen bey ereignender Kriegs-Empörung der Oeffnung sich gebrauchen würden: In welchem Fall / vermög beschehener Reservation / daß Ihr Fr. Gnad. auch vor die Schaumburgische Beamte und Unterthanen adsecurirt seyn / noch einig Ursach schöpffen mögen / auf dieselbe ein uneben widerwertiges Vertrauen in begegnenden Nothfällen zu setzen / von ihnen mehrbesagtes Juramentum adsecurationis eingezogen werden mag.

Denn dieweil den Lehen-Herren in Kriegs-Zeiten 46
ohn das / da gleich derentwegen nichts paciscendo ausbedüngt wäre / die Lehenrührige Schlösser zu eröffnen seyn: Paris de Puteo *de redintegr. feud. c. 174.* Sainson. *in Consuetud. Turonens. tit. 4. artic. 1. gl. 6. in fin.* Chassan. *in Consuet. Burg. rubr. 1. §. 4. num. 10.* Guerrin. Pison. Soac. *in prælud. feud. c. 24. num. 5.* Gail. *de arrest. c. 10. num. 6. versic. si tamen Dominus.* Renat. Choppin. *de Legib. Andium. lib. 2. part. 2. tit. 4. num. 6.* Surd. *consil. 210. n. 31.* Rosenthal *de feud. cap. 7. concl. 2. & cap. 12. concluf. 12. num. 115. ubi* etiam monet, actionem eo nomine coram Paribus Curiæ intentandam.

Ist nicht zu verwundern / daß auch die Beamten und Unterthanen zur Huldigung / ihm / dem Lehen-Herrn / so lang er in dem ihme in schwebender Kriegs-Unruhe eröffnetem Schloß sich aufhalten thut / getreu / gehorsam und gewärtig zu seyn / vermocht worden. Und daß es diese und kein andere Meinung mit dem ausbedingtem Juramento adsecurationis habe / wird auch dahero kräfftiglich erwiesen / daß wie von der Oeffnung in Vehdes-Zeiten disponirt / immediatè und alsbald 47
auch der Beamten / Wächter und Unterthanen halber / so daselbst gesessen / Verordnung beschicht / per verba, Hierauf / videlicet, da sich dergleichen zugetragen / und die Herren Land-Grafen der Oeffnung gebrauchen würden / daß alsdenn die gegenwärtige und zukünfftige / ꝛc.

Welcher Gestalt und Ausdeutung / da sich gleich kein andere Fundamenta erzeigten / auch mit der ohnverrückten Observantz und Herbringen / in dem bishero keine dergleichen Huldigung von ihnen gesonnen / kräfftiglich bestärtigt wird. Quæ certè observantia 48
declarat naturam actus. Jac. Menoch. *consil. 191. num. 19.* Cùm & verba investituræ ambigua ac- 49
cipiant interpretationem à consuetudine & obser-

vantia ſubſecuta, poſt Angel. & Franciſcum Becium *conſil. 101. num. 49. in fin.* Joſeph. Ludov. *commun. concl. 38. n. 64.* Tiber. Decian. *conſil. 44. num. 28. vol. 4.* Menochius *d. conſil. 748.* ubi ait: quòd obſervantia ſecuta declarat, ad quid teneantur ſubditi erga ſuperiorem, ut ſcilicet, ſi nunquam ab iis collectæ exactæ fuerint, ad eas non fuerint ab initio obligati, poſt Bartol.

So iſt ferner das Fundament, quòd ſubditi ad hujusmodi juramenti præſtationem obſtringantur, dißfalls nicht ſtringens, oder zum wenigſten auf ein irriges Præſuppoſitum erbauet worden. Sintemal bereits oben gehöret/ daß die Gräfl. Beamte und Unterthanen pro verè ſubditis Haſſiacis nicht können verſteuret werden: per ea, quæ ſuprà in Ratione prima decidendi, & paſſim adducta ſunt.

50 Wie denn ebenmäſſig oben verſtanden/ daß wol Unterthanen ihrer Obrigkeit alle Treu und Gehorſam erwieſen/ und gleichwol ob præſcriptam libertatem ab hoc onere juratæ promiſſionis zur Huldigung nicht getrungen werden können.

51 Fürnemlich/ daß mehrgedacht Juramentum in Jure Communi nicht gegründet: ut planè erronea ſit ſententia Alberti Bruni, & aliorum in Jure communi hoc juramentum fundari credentium, niſi eandem ad Jus Canonicum vel Feudale reſtringamus. Neque obeſt *d. c. nimis. 30. de jurejurand.*

52 Cùm improbet laicorum uſurpationem, qui nituntur, viros Eccleſiaſticos nihil temporale ab iis obtinentes ad præſtandum ſibi fidelitatis juramentum compellere; Et ita loquitur non de eo, quod Jure communi, ſed de conſuetudine inductum fieri ſoleat. Itaque non mirum, ſi res facillimè ad primævam libertatem recurrat, juribus ſuprà in 4. Ratione decidendi adductis.

Von keiner Erheblichkeit wird auch Secunda Ratio Dubitandi, quòd videlicet ea, quæ ſunt liberæ facultatis, non præſcribantur, gegenwärtigen Falls ermeſſen: angeſehen/ dieſe Regula vielen Limi-

53 tationibus und Ausfällen unterworffen. Quod latè comprobat Menoch. *in terminis dicti conſil. 748. num. 32. & ſeqq.* qui & *num. 33.* inter cætera hoc limitat in facultate, quæ obligationem præſupponit. Facultas autem compellendi homines ad juramentum adſecurationis neceſſariò obligationem quandam præſupponit ex parte hominum erga ipſum dominum feudi, quæ liberatio ab aliqua obligatione vel perſonali vel reali curſu & præſcriptione temporis inducitur, per textus à Menochio adductos.

54 Deinde tum juribus meræ facultatis non præſcribitur, ſi is, cui ea competunt, poſſit iis uti ac frui ex ſe ipſo absque miniſterio adverſarii, ut in jure ædificandi in ſuo, &c. ſecus, ſi competat aliquod jus dependens à miniſterio alterius, ſine quo illo jure uti non poſſum, ut in fidelitate, quâ Dominus ex ſeipſo frui non poteſt, ſed opus eſt facto Subditorum; ita eleganter Cephalus *conſil. 176. num. 47. & ſeqq.* ubi citat Cravettam *conſil. 111. num. 23. & ſeq.* & alios: idem Cephal. *dicto conſil. 628. num. 89. 90. & 91.* Et innuit Anton. Gabriel. *lib. commun. opin. tit. de præſcript. concluſ. 10. num. 14.* & Cravetta *de antiquit. temporum, part. 4. §. circa præmiſſa. num. 30. fol. 519.*

55 Tertiò volunt plerique, facultati ex contractu competenti poſſe præſcribi; poſt Felin. *in c. cùm acceſſiſſent. num. 44. de conſtit.* Cephalus *d. conſil. 176. num. 53.* Anton. Gabriel. *d. lib. 5. tit. de præſcr. concl. 10. n. 11.* Weſ. *conſ. 2. n. 94. verſ. Quartò regula.* Joan. Vinc. Honded. *conſ. 82. n. 10. vol. 1.*

56 Hæc verò facultas exigendi juramentum adſecurationis ex contractu feudali competit.

Quartò procedit prætacta concluſio in facultate, quæ non deducit Jus in judicium deducibile, ut in caſu *l. viam publicam. ff. de via publica.* Cravetta *d. p. 4. §. circa præmiſſa. num. 37. fol. 515.* Gabriel. *d. concluſ. 10. numer. 8.* ubi & alios citat. Weſemb. *conſil. 2. n. 94. verſic. Tertiò tantùm.* Dec. *conſ. 164. num. 4.* Honded. *d. conſil. 82. n. 9. vol. 1.* At hîc verſatur Jus in judicium deducibile vi contractus feudalis competens. 57

(Vide tamen Vaſq. *part. 2. libr. 1. contr. c. 4. num. 12.*)

Denique & Quintò Dd. communiter placuit, tempore ſaltem immemoriali omnibus & quibuscunque juribus præſcribi. Weſemb. *d. conſil. 2. num. 94. verſic. præterea ad omnia.* Quale hîc adeſſe, ex dicta inveſtitura, plus quàm notorium eſt.

Es wird auch Alexandri *conſil. 136. lib. 2.* (welcher beſtreiten wollen: Quòd ad præſcribendam immunitatem inſuper requiratur, quòd prætendens immunitatem fuerit requiſitus ſolvere, & recuſaverit,) von vielen fürnehmen Juriſten mit beſtändigen 58 Rechts-Gründen widerſprochen/ und einige Interpellation ad curſum præſcriptionis nicht vor nöthig gehalten/ ut teſtatur Menoch. *d. conſ. 748. num. 37. & conſ. 887. num. 54.* ubi citat Ruin. *conſil. 217. num. 13. lib. 1.* Cravett. *de antiq. temp. 4. part. §. circa præmiſſa. numer. 36. & ſeqq. & conſ. 111.* Natta *conſ. 406. num. 2. & conſil. 446. numer. 15.* Rol. à Valle *conſ. 5. n. 61. lib. 1.* Cephal. *d. conſ. 177. num. 45.* Surd. *conſil. 234. num. 34.* Fab. de Anna *conſ. 59. n. 64.* qui nuncupatim Alexandrum reprehendunt. Quò etiam facit Petr. Anton. Anguſola *conſ. 13. num. 12. lib. 4. & conſ. 5. num. 9. lib. 7.* 59 ubi contendit, quòd in præſcribenda liberatione ab aliquo jure vel actione non requiratur quaſi poſſeſſio, ſed ſufficiat negligentia non petentis; poſt Bart. & Bald.

Zu deme möchte berührtes Requiſitum Alexandri in dem erſtattet ſeyn/ daß keiner von den Herren Land-Grafen bey Antrettung der Regierung ihnen/ den Schaumburgiſchen Beamten/ Dienern und Unterthanen angeregtes Juramentum zugemuthet: ut ita ca- 60 ſu eveniente recognitionis ſive fidelitatis jurandæ, cùm Dominus non exegerit, videatur jus Domini tacitè ab Officialibus & Subditis Schaumburgenſibus interpellatum, & quaſi poſſeſſio tale juramentum ſubjectionis præſtandi interverſa, ſicut conſiderat hoc Roſenthal *d. c. 6. concl. 12. num. 5. in lit. g.* Confert huc Cravett. *d. §. circa præmiſſa. n. 38. verſ. puto igitur.*

Was pro Tertio de mala fide ex Inſtrumenti 61 lectione apparente herfürgerückt/ gibt ſolches der Præſcription darum keinen Stoß/ daß es ein irrig und grundloſes Præſuppoſitum, und aus dem Lehen-Briefe oben ſo viel erfochten iſt/ daß die Schaumburgiſche Beamte und Unterthanen allein tempore belli, und da ſich hochermeldte Herren Land-Grafen der Oeffnung gebraucht/ mit offterwehntem Juramento zu belegen/ ſonſten aber darzu nicht verbunden ſeyn.

Uber diß/ da gleich dem Lehen-Briefe ein ander 62 Verſtand angeſchmitzt werden ſollte: Nichts deſtoweniger wäre doch die Præſcriptio, reſpectu der Gräflichen Schaumburgiſchen Beamten und Unterthanen/ fürlängſt vollzogen/ welche ihres Theils den Inhalt deß Lehen-Brieffs nicht gewuſt.

Man hat ſich auch pro Quarto durch die Dd. ſo das Contrarium verfechten wollen/ zu der widerigen 63 Meinung nicht bewegen zu laſſen: Fürnemlich und in Betrachtung/ daß derſelben Grundfeſt/ darauf ſie ihre Intention hauptſächlich bauen/ und nemlich/ quòd

juri

juri facultatis non præscribatur, nicht allein unsers Falls unrichtig / und bereits durch unterschiedliche Antworten aus dem Weg geräumet ist. Besondern auch / daß man angezogenen Authoritatibus nicht weniger oberzehlte Dd. und sonderlich Abbatem, Socinum, Sylvanum, Cravettam & Menochium wol entgegen setzen kan: Qui si non majoris, saltem ejusdem authoritatis, & eò magis sequendi, quòd partim solidioribus nitantur fundamentis, partim etiam, uti Menoch. ex professo expensis juris rationibus hunc passum disputent. Brunus *d. cons. 35. & cons.*
64 *99. num. 3.* hunc passum non accuratè examinat, sed unico isto in præsenti hypothesi planè ficulneo fundamento duntaxat innititur, esse in facultate Dominorum positum, hoc juramentum exigere, cui facultati præscribi nequeat.

Brunum sequitur Natta, cujus fundamenta ad nostram hypothesin non quadrant: Loquitur enim in tali casu, ubi Homines semel vel bis præstiterint juramentum.

Ita quoque Rolandus à Valle istam sententiam ex nullis aliis, quàm Bruni motivis tueri conatur.

Tiberius Decianus obiter retulit perperam pro ea Abbatem *d. consil. 82.* citans, qui magis nostræ sententiæ suffragatur.

Quâ oscitantiâ etiam laborare videtur Andreas Knichen, eundem Abbatem ibidem adducens, ea tamen in re deceptus à Cravetta *cons. 72. num. 4.* qui ibidem præscriptionem immemorialem admittit, uti ex toto Consilio adparet.

Baldus utcunq; neget, præscribi libertatem à Vasallo Dominum recognoscente, nec tamen asserit, non posse præscribi juramento fidelitatis.

Ludolphus Schraderus nihil præter Rolandum à Valle allegat, ut ejus, sicuti etiam Andreæ Knichen authoritas magni facienda non sit, cùm articulum hunc non examinent, per notata Sylvani *in sylva nuptial. lib. 5. num. 29.* Alciat. *de præ-*
65 *sumpt. reg. 1. præsumpt. 51.* Doctoris enim opinio attendenda non est, quam simpliciter, turmatim, perfunctoriè & quasi per transennam citra discussionem, non examinatis rationibus, refert Cravetta *cons. 794. num. 8.* Menoch. *remed. 1. recup. num. 101. & cons. 51. num. 54.* Quâ ratione
66 & Dd. perfunctoriè loquentes non facere communem ait Aurel. Corbulus *de jure emphyt. c. 15. ampliat. 12. num. 33.* post alios.

SECUNDÆ QUÆSTIONIS RESOLUTIO.

BEtreffend die andere Frag / halte ich decisivè dafür / nachdem gegenwärtiger Streit aus dem Lehen-Revers herfleusst / und obhochermeldter Lehen-Herr / Krafft desselben / die Gräfl. Schaumburgische Beamten / Diener und Unterthanen zu mehrangedeuteter Erb-Huldigung nöthen und zwingen will / daß auch solche Mißhelligkeit ohne Mittel vor dem Mann-Gericht aus-
67 zutragen: Quando enim inter Dominum & Vasallum lis est de Jurejurando fidelitatis subeundo, aut etiam quâ formâ id præstandum sit, Pares judicant. Socin. *in c. extransmissa. num. 9. de for. compet.* (ubi ait: si agatur ad præstandam fidelitatem, Pares esse Judices) Laudens. *in c. 1. §. 1. num. 4. per illum textum, quæ fuit prima causa, &c.* Schrad. *de feud. p. 10. sect. 5. num. 94. & seqq. maximè n. 98.*
68 *& 99.* Quod sequitur Rosenthal *d. cap. 12. concluf. 12. num. 142.* Cùm etiam se Dominus fundet in obligatione feudali. Rosenthal *d. concl. 12. num. 139.*

Es seye denn / daß zwischen hochermeldtem Herrn Land-Grafen / und den Holsteinischen Schaumburgischen Unterthanen der Proceß allein erhoben und getrieben würde. In welchem Fall / da ermeldte Unterthanen sich mit den Partibus Actorum 69
beladen solten / die Sach bey den austräglichen Richtern anzubringen wäre / juxta titul. Ordinat. *p. 2. tit. 4.* Gail. *lib. 1. observat. 1. num. 17.*

Derowegen am rathsamsten wäre / daß an Ihrer Gn. oder dero Beamten und Unterthanen Seiten dem Herrn Land-Grafen die Partes Actoris aufgesattelt würden / zumal / daß Ihre Fürstliche Gn. wenn sie ermeldte Beamten und Unterthanen (welchen nicht weniger erlaubt ist / exceptione præscriptionis sich zu schützen / quâ uti posset ipsorioum superiorũ superior. 70
Innocent. *in cap. auditis, & ibi* Abbas *num. 21.* & rursum Abb. *in cap. cùm non liceat. num. 15. de præscript.* Jac. Mandell. Alban. *consil. 62. num. 4.* Menoch. *consil. 191. num. 55. vers. his etiam diluitur)* Spruch und Forderung nicht erlassen solten / dieselbe entweder bey dem Herrn Grafen zu Holstein-Schaumburg / oder / da man Ihre Gn. dero eigenen hierunter lauffenden Interesse halber vor partheyisch darstellen würde / am Käiserl. Cammer-Gericht beschehen müste.

TERTIÆ QUÆSTIONIS ENUCLEATIO.

FErner die dritte Frag respondendo kürtzlich abzufertigen / erzeigen sich scheinbare Motiven / dadurch die Affirmativa bestättiget werden möchte.

Am Ersten ists in facto zu allen Theilen ohnverneinlich / daß die Herren Grafen zu Holstein-Schaumburg ihr freyes ohnverfangenes Eigenthum dem Herrn Land-Grafen übergeben / dessen Fürstl. Gn. es ihnen widerum brevi manu zu Lehen angesetzet.

Dannenhero glaublich und vermuthlich fallen thut / daß wolermeldtes Herrn Grafen Will / Gemüt 71
und Meinung gewesen / daß die Töchter in casu deficientis lineæ masculinæ nicht ausgeschlossen werden sollen / Hier. Garz. *de fœmin. ad feud. recip. vel non. num. 165. & seq.* Quò loci scripsit, quòd non obtineat regula exclusionis fœminarum in feudis recognitis, id est, quæ à Domino nunquam processerunt, sed ab ipsis Vasallis ultrò sua allodia fuêre in feudum recognita, quo casu cùm Vasalli potiùs conferant, quàm referant beneficium, ideoque fœminæ à talibus descendentes saltem finitis masculis admittuntur, etiam quòd fuerit facta recognitio jure antiqui, recti & legalis feudi, nisi pactum expresse illas repelleret: Quia non est cre- 72
dendum, quòd talis recognoscens odio habuerit sanguinem suum etiam fœmineum, sicut in Domino de suo concedente non est credendum, quòd alienas, id est, Vasalli fœminas incluserit. Et pro hac opinione facit *c. 1. §. fin.* ibi: cum paterno allodio, *de eo, qui sibi vel hæred. suis, &c.* Hæc Garzon.

In hujusmodi quoque feudo non obtinere 73
vulgarem istam doctrinam, quâ traditur, fœminam semel excluſam perpetuò manere excluſam, voluit Alciat. *consil. 4. num. 48. lib. 4.* quem retulit Andreas Knichen *de investitur. pact. p. 1. cap. 3. num. 190.*

Allermeist und zum Andern / daß auch im Lehen-Briefe dem nechsten Blut das Jus succedendi vor- 74
behalten / dadurch fürnemlich die Weibs-Personen verstanden: angesehen / daß in vorgehenden Worten / ibi: da die genannte Grafen ohne Leibs-Erben Tods abgiengen / welches de masculis, uti feudi capacibus, auszudeuten.

Nicht weniger und pro Tertio wird in der Beleh- 75
nung

nung ausdrücklich cavirt / daß berührte Belehnung einem jeglichen an ſeinem Erb und Gütern / Verſchreibung und Gerechtigkeiten / wie die einem jeden an obgemeldten Schlöſſern und Städten zuſtehen / ſolte unſchädlich ſeyn.

76 Da aber die Geſchwiſtrige und deren Kinder von ihrer Erb-Gerechtigkeit ſub prætextu aperti feudi ausgeſchloſſen / würde ihnen die Belehnung in viel Wege ſchädlich ſeyn. Quod contra clauſulam reſervationis eſſet, quæ utique aliquid operari debet, juxta Bartholom. Bertazzol. *conſil. Civil. 21. num. 52. & conſil. 117. num. 21.* Auguſt. Beroum *conſ. 146. num. 66. vol. 3.*

RATIONES DECIDENDI.

ABer deſſen / und was auf gleichen Schlag eingewendet werden möchte / ungeachtet / werden die Gräfliche Geſchwiſtrige / oder ihre Kinder / da ſie auch in caſu deficientis generationis maſculinæ in den Schaumburgiſchen Graff- und Herrſchafften nicht ſuccediren würden / ſchwerlich mit ihrem Intent durchtringen / oder ſolches behaupten.

77 Denn in mehrerwehnter Belehnung nicht blößlich qualitas hæreditaria & proximitas gradus conſiderirt; ſondern auch darnebenſt und conjunctim verordnet wird / daß der jenig / welcher nach Ableiben der Herren Grafen männlichen Stammens in ihrer Gn. Graf- und Herrſchafften / ꝛc. als das nächſte Blut oder Nach-Recht käme / und ſolch Land / Schlöſſer und Städte beſäſſe und inhätte / alsdenn berührte Mannlehen empfangen ſolle / alſo daß conjunctim auch die Succeſſio in den Graf- und Herrſchafften erfordert wird.

78 Quando autem duo copulativè requiruntur, non alterutrum, ſed utrumque adeſſe debet, *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de V. O. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtitut.* Decian. *conſil. 177. num. 1.* Gail. *. obſ. 3. num. 3.* Surd. *conſil. 45. numer. 15. & conſil. 187. n. 38. & conſil. 357. num. 26.*

Daß eben diß mens paciſcentium geweſen / will darum glaublich ſcheinen / daß die Lehenbare Schlöſſer in der Grafſchafft Schaumburg ohn Mittel gelegen / und es für beſchwerlich angeſehen / da dieſelbe darvon zertrennt / abgeriſſen und geſondert / von unterſchiedlichen Poſſeſſoren beſeſſen / und dadurch die uralte Grafſchafft dismembrirt und geſchwächet werden ſolte.

79 Quod à Juris feudalis ratione alienum eſt, quo feuda majora & regalem dignitatem annexam habentia, uti Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. regulariter dividi nequeunt; Idque multorum authoritate latiſſimè demonſtrat Roſenthal *de feud. c. 9. concl. 55.* Petr. Santz Morquech *de bonor. diviſ. lib. 1. c. 7. num 49.*

CONFUTATIO RATIONUM DUBITANDI.

80 UNd iſt dem nicht zuwider / daß beſagte Lehen vor dieſem der Herren Grafen Eigenthum geweſen. Alldieweil nichts deſtoweniger berührte Schlöſſer und Städte die Natur und Eigenſchafft propriorum feudorum angenommen haben. Ut enim licuit Dominis
81 Comitibus initio bona ſua allodialia feudi jugo voluntariè ſubmittere, eadem à Domino recognoſcendo. Molin. *in Conſuet. Pariſ. §. 1. Gl. 1. in verb. le fief. num. 21. in fin.* (ubi ejus generis feuda, quæ non per conceſſionem in feudum vel originalem infeudationem, ſed per ſubjectiones & recognitiones facta plurima eſſe in Germania noſtra ait) Roland. à Valle *conſil. 2. num 108. & ſeq. vol. 1.* Flamin. de Rubeis *conſil. 77. n. 195. lib. 2.*

82 Ita & iis legem dicere potuerunt, quòd, cùm factum non ſit, cenſentur juris feudalis regulari diſpoſitioni fœminas à ſuccedendo arcenti ſeſe accommodaſſe. Idque & ſenſit Roſenthal *de feud. c. 6. concluſ. 68. num. 28. & c. 7. concl. 34. num. 4. ubi in lit. L.* improbat opinionem Garzonii con- 83
trarium ſtatuentis; *& c. 2. concluſ. 24. num. 1.* feuda hæc veri feudi naturam etiam quoad ſucceſſionem obtinere adſtruit: Contrahere enim ita quilibet exiſtimatur, prout eſt genuina natura rei, ſuper qua interponitur obligatio. Guid. Pancirol. *conſ. 139. num. 22.* & ſeſe adſtrinxiſſe ad obſervantiam legum de illo actu loquentium, poſt Bald. & alios Surd. *deciſ. 2. num. 14. & deciſ. 13. n. 5.* Menoch. *4. adipiſcend. num. 135.*

Immaſſen denn gegenwärtigen Falls das Lehen 84
zu rechten Mannlehen ex conventione contrahentium gemacht worden.

Secunda Ratio dubitandi thut auch nichts mil- 85
tern noch fürtragen / denn ob man gleich nicht in Abred / daß ad proximitatem gradus geſehen. So iſt doch darnebenſt vonnöthen / daß die Inveſtiendæ auch die andere Graff- und Herrſchafften einhaben: prout in Rationibus decidendi oſtenſum fuit.

Der dritte aus der Reſervatori Clauſul herfürgeklaubter Gegen-Wurff wird auch die Gräfliche Weibs-Perſonen der Urſach nicht überführen / daß dieſelbe ad Jus de præſenti competens zu coarctiren und einzuſpannen iſt. Geſtalt das Wort Zuſtehen / quod 86
præſentis temporis eſt, gnugſam zu erkennen gibt. Cùm & regulariter diſpoſitio non includat futura, 87
ſed reſtringatur ad præſentia, præſertim, quando eſt concepta per verba præſentis temporis, vel profertur ab homine. Menoch. *conſil. 97. num. 71. & ſeq.* Surd. *conſil. 152. num. 24. & conſil. 216. num. 3.* Inſuperque clauſula reſervans nihil de 88
novo dat, ſed conſervat id, quod jam competit. Oldrad. *conſil. 214.* Surd, *deciſ. 8. num. 24.* Tib. Decian. *conſil. 10. num. 26. vol. 1.*

Sonſt wird gleichwol der Billichkeit / auch der 89
Contrahenten Intention diß-falls nicht ohngemeß ſeyn / daß auf dergleichen ſich tragende Fälle deficientis lineæ maſculinæ, ſonderlich wenn der Lehen-Herr andern das eröffnete Lehen anzuſetzen gemeint wäre / die Gräfliche Fräulein oder nächſte Erben auf ihr Anſuchen wieder belehnet werden. Pariſ. *conſil. 23. in princ. vol. 1.* Burſat. *conſil. 127. num. 78.* Decian. *conſil. 58. num. 52. vol. 2.* Guid. Pancirol. *conſil. 104. num. 4.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 146. n. 11.* Guerrin. Piſon. *in prælud. feud. c. 31. num. 12. ubi* poſt Baldum *dixit:* quòd Vaſallo mortuo, in quo generatio familiæ ſuæ finitur, poſſunt ejus conſanguinei & agnati officio Judicis petere, ut ipſi præinveſtiantur, de feudo ad dominum reverſo, qui ipſos inveſtire tenetur, adeò, ut ſi non faciat, poſſit appellari. Quod etiam ex aliis retulit Gail. *2. obſ. 148. num. 3.* (utcunque is in aliam ſententiam ibidem pronior ſit) Mynſinger. *cent. 5. obſervat. 16. & cent. 6. obſ. 79.*) De qua re pro & contra allegationes congeſſit Roſenthal *de feud. c. 7. concl. 24. & c. 12. concl. 11. num. 44.*

Wenn auch wolermeldte Fräulein oder dero Er- 90
ben / allerhand Prætenſionen halber / nach Abgang deß Gräflichen Manns-Stamms / in berührter Schlöſſer und dero Zugehörungen Beſitz und Einhaben gelangen ſolten / könnten dieſelbe durch den Lehen-Herrn daraus eigenes Gewalts nicht verſtoſſen werden. Andr. Iſernia *in c. 1. §. fin. num. 8. quo temp. mil.* ubi dixit: quòd, ſi Vaſallus non haberet hæredem (videlicet, feudi capacem) Dominus reciperet feudum ſuum, antequam alius reapprehendat poſſeſſionem: poſteà verò, videlicet, ſi alius cœpit poſſeſſionem (ibi-

dem

dem supplet Nard. Liparulus *in addit lit. 5.*) directè Dominus vendicaret, & hæc directa vindicatio haberet locum contra alium tenentem. In quam sententiam inclinat quoque Afflict. *in d. §. fin. num. 4. quo temp. mil.* Si Vasallus, *inquit*, mortuus sit sine hærede, id est, descendente, tum Dominus feudum sine sententia propria authoritate capiet: quia tunc non est aliquis, cum quo
91 Dominus possit facere processum super avocanda possessione. Itaque non obscurè innuit Afflict. quòd si aliquis fuerit in possessione vel detentione, eo casu processum ad avocandam possessionem inchoandum.

Und hab ich darum verba Iserniæ & Afflicti eingeführet / daß Henricus à Rosenthal *in tract. feud. c. 10. concluf. 41. in lit. gg.* beyde Feudisten / als
92 wenn sie dem Lehen-Herrn die eröffnete Lehen eigenes Gewalts / ohngeachtet der Erben Opposition / anzufallen / ausdrücklich nachgegeben / übel angezogen / wiewol sonst gedachter Rosenthal diese Opinion contra Dominũ mit vielen Rechtsgründen starck verthädigẽ thut.

Ohne ist gleichwol nicht / daß nicht wenig Dd. dem
93 Lehen-Herrn / da er sich dem heimgefallenen Lehen occupando nähert / beypflichten / uti Alb. Brunus *consf. feud. 19. num. 6. vol. 1.* Natta *consf. 563. num. 36.* Aegyd. Boss. *in tit. de Principe. num. 294. & seq.* Cavalcan. *decis. 35. num. 69. & decis. 36. num. 336. p. 2.* Nicol. Reusner. *cons. 14. num. 23. cum seq. vol. 3.* ubi & alios subministrat. Quæ sententia
94 tum satis plausibilis esse videtur, si notoriè constaret, rem feudalem ob finitam generationem ad Dominum esse reversam. Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. artic. 52. n. 138.* Joan. Vincent. Honded. *consil. 17. num. 26. vol. 1.* Alex: Raudens. *Decis. Pisan. 42. p. 3. in fin.* Quemadmodum in
95 casu notorio hoc etiam admittit Rosenthal *d. c. 10. concl. 41. n. 92.*

Wie denn die tägliche Erfahrung bezeugt / daß bey Chur-Fürsten und Ständen deß H. Reichs erstgehörte Opinion indistinctè in üblichem Gang uñ Schwang also practicirt wird / dessen viel Exempla im Nothfall anzuziehen wären.

Aber ich weiß mich zu erinnern / daß erst vor wenig Jahren / und nemlich den 27. Febr. Anno 1604. in
96 Sachen Hochheim contra den Herrn Probsten zu Elwangen am Käiserlichen Hof contra Dominum feudi filiam ultimi Vasalli è feudi possessione ejicientem geurtheilt / und darauf von Ihrer Fürstl. Gnad. dem Herrn Probsten zu Elwangen post redintegrationem in possessione das Petitorium daselbst angeordnet worden.

Und da sich dergleichen Fälle der Entsetzung künfftig begeben solten / möchte ebenmässig durch die Fräu-
97 lein oder ihre Erben eine sitzhaffte Urtheil in possessorio, und zwar desto mehr zu erobern seyn / daß deß Lehen-Herrn Jus nicht liquidum, auch der erste Lehen-Brieff hierinn zimlich unlauter und zweifelhafft: cùm eo ca-
98 su, quando Jus Domini versatur in dubio, requiratur judiciũ & sententia, prout formaliter loquitur Alvarott. *in c. 1. de content. int. domin. & vasall.* ex quo & altioris indaginis negocium puta-
99 tur, si adsit conflictus scripturarum. Alex. Raud. *de analog. lib. 1. cap. 36. n. 121.* Insuperq; rece-
100 ptissimam statuit opinionem Hier. Garz. *de fœmin. ad feud. recip. n. 141.* ut fœmina in possessorio vincat, si de incapacitate ejusdem in continenti non constet.

Welches ich also zu meinem Rechtlichen Gutachten über die aufgegebene Fragen anzeigen wollen / jedoch in allwege männigliches Verbesserung ohnbegeben / Act. Speyer / den 30. Junii Anno 1608.

Ita de Jure respondendum existimo, salvâ tamen rectiori censurâ, ego Thomas Merckelbach, D. Judicii Imperialis Cameræ, Reverendissimi Dn. Archiepiscopi Moguntini, Principis Electoris Illustrissimi, nec non aliquot aliorum Principum & Statuum Imperii Advocatus & Consiliarius: quod manu meâ & sigilli appositione attestor.

CONSILIUM DECIMUM OCTAVUM. IN EADEM CAUSA.

SUMMARIA.

1. HOmagium *facit subditum.*
2. Homagii *obtentu hodiè Principes, eorumq; Consiliarii Aulici, Jus Vasallagii & Superioritatis studiosè implicare, & Vasallorum Subditos ad Tribunal suum trahere, omnemq; Juris & instantiarum Ordinem confundere & pervertere solent: & num. 3.*
4. Libertas *res inæstimabilis.*
5. Sacramentum homagii & fidelitatis *differunt; Illud subditum, hoc verò, extra causam feudi, subditum non facit; & num. 6. 21. & 45.*
7. Legibus Imperii *prohibitum, Subditos in alterius patrocinium suscipere.*
8. *Non* verisimilia *habent falsitatis imaginem.*
9. Nemo *beneficio suo damnum sentire debet.*
10. Nemo *præsumitur jactare suum.*
11. Formula Juramenti *in præsenti casu non de homagio, hoc & num. 17. vel fidelitatis, num. 12. sed de obedientiæ juramento tempore belli præstando intelligenda est. num. 14. 15. 16. 18. 24.*
13. Bona fides *non patitur, bis idem exigi.*
19. *In* contractibus *potiùs mens, quàm verba contrahentium inspicienda; & num. 23. & secundùm subjectam materiam accipienda. num. 22.*
20. Verba *improprianda, ut actus valeat.*
25. Exactioni homagii *30. vel 40. annis præscribitur.*
32. Interpellatio Extrajudicialis *præscriptionem non impedit.*
33. Homagium *meræ facultatis est, ideoq; nunquam præscribitur. num. 34. Quod quando, & quomodo verum, vide num. 36. 39. 40.*
35. Molitori *ex uniformi mille etiam annorum molendini usu nullum jus acquiritur.*
38. Prohibitio *possessorem constituit, qui possessor non est.*
41. Lis *inter Dominum & Vasallum orta coram Paribus Curiæ ventilanda; & num. 42.*
43. Lex *Domini & Pariurn Jurisdictionem restringit duntaxat ad litem super ipso feudo.*
44. Cognitio *hujus causæ ad Austregas pertinet.*
45. Juramentum fidelitatis *non est de substantia feudi.*
46. Austregarum *octo viæ Ord. Cameræ tit. 4. p. 2. & quænam Actori magis expediat; & n. 47. 48.*
49. Practica L. Diffam. *ex Constitutione Imperii, quâ privilegiis primarum instantiarum derogatum est; & num. 50.*
51. Praxis *L. diffamari ex dispositione juris communis.*
52. Lites *hodiè immortales.*
53. Feudum antiquum *si semel ad descendentes transitum fecit, postea verò ad collaterales pervenit, agnati in infinitum succedunt.*
54. Agnatus *ultimus primi acquirentis successor est, etsi feudum per mille manus ambulaverit.*
55. Jus *per simultaneam Investituram quæsitum agnatis auferri nequit.*

A DO-

A DOMINO CONSILIUM.

GRaviſſimæ ſanè cauſæ ſunt, & rationes, quibus ſuadendum erit Illuſtriſſimo Comiti Schaumburgenſi, ne permittat Subditos ſuos Illuſtriſſimo Haſſiæ Principi homagium petitum (ad quod etiam de jure non tenentur, ſicuti ex mox ſequentibus dilucidè apparebit) præſtare. 1 Illud enim cùm ſubditum faciat, Gail. *tract. de arreſt. c. 7. num. 10. & 11.* fieri poſſet, ut nunc ſunt tempora, ut ſubditi paulatim & temporis ſucceſſu vero ſuo Domino ſubtraherentur, alienæque Jurisdictioni ſubjicerentur. Nam illo prætextu, ho- 2 magii ſcilicet, tentare Landgravius poſſet, idque inſtinctu perverſorum Conſiliariorum, quibus nihil hodiè magis in votis eſt, quàm ut Rempublicam benè conſtitutam ac quietam turbent, bonosque moleſtent, ut ſubditos Schaumburgenſes ad ſuum Tribunal traherent. Ita namque Subditi inſtigari facilè poſſent, ut, quotiescunque dicerent, ſe à ſuo Magiſtratu gravari, illicò id per querelas ad Landgravium deferrent, quod ſi fieret, quemadmodum facilè fieri poterit, cùm id hominum genus ſeditioni & conſpirationi, teſte quotidianâ Experientiâ, quæ efficax eſt rerum magiſtra, adprimè ſit deditum, quis non videt, diſ- 3 ſidia tum maxima inter bonos illos Regentes exoritura? quibus utique in tempore erit occurrendum. Quid multis? Efficeretur tandem, ut Comites Schaumburgenſes & Subditi eorum invicem ſe in prima inſtantia, non in Camera, ut juris eſt, ſed coram Landgravio convenire tenerentur. Quis Statuum liber hoc ferret? quis pa- 4 teretur? Cogitent Proceres, Libertatem eſſe rem inæſtimabilem, *l. 106. ff. de reg. jur.* metuendum certè eſt, ne exemplo illo reliqui Domini feudi ad idem attentandum invitentur. Taceo plura incommoda, quæ inde enaſci certè poſſent. Tanti etenim præſtatio homagii præjudicii eſt. Nam homagium præſtare, eſt Juramentum ſub- 5 jectionis præſtare, & ſubditum efficit. Aliud eſt in Vaſallo, qui ratione beneficii ſui directo Domino juramentum fidelitatis præſtare debet, getreu/ gewärtig und hold zu ſeyn. In quo Juramento ſubjectionis verbum omittitur, nec ſubditum ul- 6 lo modo efficit, nec Jurisdictionem omnimodam Domino in Vaſallum tribuit, Gail. *d. loc. num. 10. cùm ſeqq.* Gilman. *libr. 1. Deciſ. Cam. Imp. deciſ. 26. numer. 32. cum ſeqq. & num. 97. cum 4. ſeqq. juncto numer. 148.* Tileman. de Benignis *Deciſ. Camer. Imper. Syntagm. 4. decad. 2. vol. 5. num. 7. & ſeqq.* Vultej, *libr. 1. de feud. cap. 6. num. 8.*

Et hæc omnia indubitata ſunt: Ex quibus jam 7 eluceſcit, Subditos Comitum Schaumburgenſium absque præjudicio illorum magno Landgravio homagium prædictum præſtare non poſſe, nec etiam debere, cùm & legibus Imperii vetitum ſit, Subditos in alterius patrocinium ſuſcipere, nedum illos ſubtrahere velle: Aurea Bulla Carol. IV. *tit. 16.* Reichs-Abſchied zu Speyer Anno 1529. §. Wie auch Churfürſten. mihi fol. 197. Reichs-Abſchied zu Augſpurg Anno 1555. §. Es ſoll auch *fol. 429.* Weſ. *conſil. 48. num. 8. lib. 1.*

Non veriſimile eſt etiam, cùm multis abhinc annis Comes Schaumburgenſis tria illa caſtra hîc ſituata Principi Landgravio primùm in feudum liberè de ſuo allodio concederet, quòd illa in ſuo Comitatu immediatè ſita à ſua Jurisdictione eximere, & in alterius poteſtatem transferre voluerit: Quæ autem non ſunt veriſimilia, falſitatis imaginem habent. Imò incredibile reputatur, 8 quod veriſimile non eſt. Nemo quoque, ſecundùm vulgata, beneficio ſuo damnum, vel ullum incommodum ſentire debet. 9

Hinc clareſcit, Comitem illum Schaumburgenſem voluiſſe Subditos ſuos in detrimentum ſui ſuorumque Landgravio juramento ſubjectionis eſſe obligatos. Nemo ſiquidem præſumitur jactare ſuum; *l. cùm de indebito. 25. ff. de probat.* 10 Neceſſe itaque omninò erit, juramentum illud à parte adverſa prætenſum, non de juramento ſubjectionis, ſeu de homagio, utut formula iſtius ſonet, ſed tantùm de juramento fidelitatis eſſe intelligendum, quo feudo durante Principi Landgravio laudatiſſimi Comites Schaumburgenſes & Subditi eorum prædictis tribus Caſtris ſubjecti perpetuò ſunt obſtricti, quod juramentum caſu eveniente Generoſiſſimi Domini Comites Illuſtriſſimis Haſſiæ Principibus pro ſe & ſubditis ſuis 12 implicitè hactenus ſemper præſtiterunt, & etiamnum præſtant. Superfluè igitur hoc petunt Land- 13 gravii, quod jam pridem ſunt conſecuti; recordentur piè *ex l. 57. ff. de reg. jur.* contra bonam fidem eſſe, ut bis idem exigatur.

Deinde Juramentum illud benè intelligi po- 14 teſt de juramento duntaxat obedientiæ tempore belli præſtando. Nam perquàm veriſimile eſt, cùm Comes Schaumburgenſis primùm ſuprà nominata Caſtra Landgravio in feudum concederet, quo tempore finitimæ terræ pleræque omnes bello arſerunt, unde periculum magnum Comitatui Schaumburgico imminuit, quòd Landgravius tum poſtularit, & Comes permiſerit, ut dictarum trium arcium, quæ fortè tum temporis pro munitis locis & fortalitiis habitæ fuerunt, præfecti, vigiles, miniſtri & ſubditi omnes Landgravio in præſens & futurum, quando eſſet bellum, & quousque duraret illud, obedientiæ Juramentum præ- 15 ſtarent in eum finem, ut, dum Landgravius Comitatum Schaumburgenſem defenderet, & à periculo liberaret, in arces illas nominatas tutò ſe recipere poſſet, præſertim cùm extra ſuam Ditionem in peregrina regione verſaretur.

Exiſtimo igitur, hujusmodi Juramentum 16 eſſe tantùm obedientiæ, & extra guerram non extendendum, quod nullam ſubjectionem arguit.

Quamvis autem formula Juramenti primævo contractui inſerta Homagium, non aliud Juramentum importare videatur hiſce verbis: Daß 17 darauf alle gegenwärtige und künfftige Amt-Leute/ Wächter und andere Diener/ auch Bürger und Einwohner zu den dreyen Schlöſſern gehörig; Meinem Gnädigen Fürſten und Herrn Land-Grafen zu Heſſen und Ihrer Fürſtl. Gn. Erben/ ſo das Nider-Land zu Heſſen/ darinn Caſſel ligt/ einhat/ Huldigung und Gelübde und Eide thun ſollen/ Ihrer Fürſtl. Gnaden getreu/ hold und gewärtig zu ſeyn/ und Ihrer Fürſtl. Gnaden zu gewarten/ ꝛc. Quamvis, inquam, 18 hæc de Homagio ſolo, non de alio Juramento quopiam intelligenda videantur, tamen ſi naturam feudi, mentem contrahentium, & ipſas temporis circumſtantias, imò formulam ipſam accuratiùs paulò conſideraverimus, non Homagium, ſed Juramentum obedientiæ tantùm tempore belli præſtandum erit, ponderando verba illa, in formula hac poſita; und Ihrer Fürſtlichen Gnaden zu gewarten; quæ cauſam finalem, ad quam potiſſimùm reſpicitur, denotant, hoc eſt, prædicti præfecti Caſtrorum mentionatorum, vigiles, miniſtri

ministri & subditi omnes præsentes & futuri eo fine Landgravio & hæredibus esse debent obligati & fideles, ut eum suosque tempore bellorum custodiant & tueantur, fuit sine dubio mens hæc sola contrahentium, & non alia. Nam quâ mente,
19 quâve intentione quis verba protulerit, ponderandum est: Cùm in contractibus potiùs mentem, quàm verba contrahentium inspicere conveniat, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. l. 52. ff. de V. O.* & ideo, ut actus valeat, verba etiam impropriè accipiuntur, *l. si tibi. ubi* Bartol. *ff. si cert. petat. l. stipulatio ista. §. his, qui. in princ. ff. de V. O.* Aliud
20 certè contrahentes velle non potuerunt, cùm hîc
21 versemur in terminis veri & recti feudi, quod subditum minimè facit. Gail. *de pace publica. lib. 2. c. 13. n. 20. & cap. 15. n. 13. in tractat. de pignorat.*

22 Et constat, verba secundùm subjectam materiam, super qua proferuntur, vel de qua inter partes tractatur, intelligenda esse. Meichsner. *tom. 4. Decis. Camer. Imper. decis. 27. numero 72.* Alvar. Valasc. *de Jure Emphyt. q. 26. num. 19.* ac
23 fieri etiam debet interpretatio non ad literam, sed ad sensum, qui verbis prævalet, *l. si quis filium. C. de lib. præterit.* Circumstantiæ etiam temporum istorum designant, nullâ aliâ intentione & mente Comitem Schaumburgensem Castra sua Principi Hassiæ in feudum dedisse, quàm ut se suosque subditos contra impetum, petulantiam & injuriam hostium tutaretur, non, ut illos dominio illius subjiceret. Nullatenus igitur Jura-
24 mentum sæpè jam allegatum subjectionis erit, sed fidelitatis tantùm & obedientiæ, tempore belli ingruentis præstandum, quod subjectionem nequaquam importat.

Cæterùm, si maximè ex conventione, id quod nunquam conceditur, homagium esset promissum, nihilominus tamen Comites Schaumburgenses adversus Landgravium se præscriptione tueri possent, eò, quòd nunquam à primo tempore concessionis usque ad hodiernum diem tale prætensum Juramentum sit præstitum, licèt interdum petitum dicatur. Quare cùm jam cen-
25 tum fermè anni sint elapsi, quo tempore toto nullum homagium fuit præstitum, sequitur, quòd juri illi, si quod fuit, pridem sit præscriptum. Omni siquidem juri & actioni 30. vel 40. annis præscribitur, *l. sicut. & l. omnes.* ubi Gl. & Dd. *C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Mynsing. *consil. 17. num. 2. & consil. 41. num. 9.*

26 Non potest hîc Comitibus Schaumburgensibus mala fides objici, quæ omnem præscriptionem centenariam & immemorialem prorsus impedit. Nam Comites Schaumburgenses in mala fide esse aut fuisse dici non possunt, cùm nunquam homagium, ut suprà ostensum, cujus ratione mala fides objiceretur, promiserint. Cessat igitur mala fides. Non entis enim nullæ sunt qualitates, *l. 2. ff. de usufruct. l. 4. C. locat.* Meichsner. *tom. 3. decis. 33. num. 174.* Nec mala fides Comi-
27 tibus Schaumburgensibus objici hodie poterit, licèt homagium fingeretur. Nam mala fides tantùm intra 30. annos allegari potest, postea non. Bart. & Salycet. *in l. fin. C. unde vi.* Fichard. *consil. 15. num. 15. tom. 1.*

28 Sed jam in confesso est, quòd Principes Hassiæ omnes ad modernum usque intra 99. annos integros malam fidem Comitibus Schaumburgensibus non opposuerint, undè firmissimè concluditur, malæ fidei locum hodiè ampliùs non esse, argumento ducto à minori ad majus, quod in jure est validissimum. Meichsner. *d. tom. 3. decis. 26. n. 23. & 24.* Sichard. *consil. feud. 9. n. 23. in fin.*

Facit, quòd in dubio bona fides præsumatur, 29
nisi contrarium probetur: Ideoque qui præscriptionem prætendit, bonam fidem probare vel allegare non tenetur. Qui verò dolum seu malam 30
fidem allegat, agendo vel excipiendo probare tenetur. Mynsing. *consil. 41. num. 14. 15. & 16.* Deinde rescripti est juris, ut is, qui dubitat, rectè præscribat. Dubitatio enim, ex communi Dd. opinione, præscriptionem non interrumpit. Paria nam- 31
que sunt, dubitare & ignorare. Mynsing. *consil. 41. n. 13. 18. & 19. & cons. 99. n. 9.* Meichsner. *tom. 4. decis. 37.* Sichard. *cons. 6. feud. n. 41.*

Itaque cùm Comites Schaumburgenses semper dubitarint, & adhuc summè dubitent, an homagium unquam fuerit promissum, nec ne, imò negant, quis inficias ibit, præscriptione jam, si homagium ullum unquam fuerit, satis esse tutos?

Verùm obstare videtur, quòd Landgravio de homagio illo præstando Comites Schaumburgenses nonnunquam interpellarint. Siquidem interpella- 32
tio illa omni tempore fuerit extrajudicialis, non judicialis, nequaquam illa præscriptioni oberit Dd. communiter *in c. novit. extra. de jud. & in c. 2. extra. de præscript.* Borcholt. *consil. 7. p. 1. fol. 84.*

Secundò refragari videtur à partibus Princi- 33
pum Hassiæ, meræ esse facultatis, homagium illud exigere, vel non, proindeque præscriptionem locum hîc habere non posse. Quia, quæ meræ facul- 34
tatis sunt, in æternum non præscribuntur, & sic etiam tempus immemoriale non sufficit, *l. viam publicam. ubi Gl. & Dd. ff. de via public.* Cacheran. *decis. 155. n. 4. & seqq.* Menoch. *cons. 201. n. 80. & seqq. vol. 3.* Wesemb. *cons. 2. n. 27.* Hinc ex uni- 35
formi mille etiam annorum molendini usu molitori nullum Jus gignitur, *arg. d. l. viam publicam. l. Proculus 26. ff. de damn. infect.* Tessaur. *dec. 16. num. 2.* Wesemb. *consil. 67. n. 21. & 22.*

Verùm enim verò cùm Comites Schaumburgenses successivè omnes ad modernum usque glo- 36
riosissimum inclusivè Principem Hassiæ homagium illud petentibus semper contradixerint, & etiamnum fortiter contradicant, cui contradictioni Principes prædicti sua sponte acquieverunt; inde concluditur, petito homagio omninò esse præscriptum. Licèt enim res meræ facultatis non præscribantur, præscribuntur tamen, si interversio possessionis cum legitimo temporis lapsu (quod 30. annorum curriculum à Dd. communiter statuitur. Tessaur. *decis. 16. num. 7.* Wesemb. *d. con-* 37
sil. 67. num. 19.) interveniente scilicet prohibitione præscribentis & patientiâ adversarii, *l. hac autem 6. l. si ædes. 32. ff. de servit. urban. præd.* Crav. *de antiq. tempor. p. 4. §. materia ista. n. 99.* Menoch. 38
lib. 2. de arb. judic. quæst. cent. 2. cas. 106. n. 10. & seq. Prohibitio namque eum possessorem constituit, qui possessor non est. Rol. à Valle *cons. 22. num. 23. vol. 2.* Tessaur. *d. decis. 16. n. 6.* Jam verò, 39
cùm utrobique hîc requisita huc intervenerunt, sicut suprà demonstratum, Juris consequitur ratione, ut intrepidè dicamus, sæpè dicto homagio esse præscriptum. Præterea quæ sunt facultatis publicæ, præscribi non possunt, quæ verò facultatis privatæ sunt, veluti est prætensum homagium, præscribuntur. Bald. *in l. licet C. de jure delib.* Covarruv. *var. resolut. lib. 1. tom. 2. c. 9. n. 2.* pulchrè Fichard. *cons. 31. n 8. tom. 1.* Porrò, si in mero arbitrio Principum Hassiæ hoc ipsum fuisset posi- 40
tum, absq; dubio non tàm sæpè de illo præstando Comitibus Schaumburgensibus [illegible] annis elapsis

quaſi ſupplicaſſent, quin potiùs manu militari, ut Principes potentes, experti fuiſſent. Hoc cùm non fecerint, præſumendum utique eſt, illos ſciviſſe, ſe non eſſe bene fundatos. Ideoque de facto tantùm tentandi causâ, ob man ſo einfältig und ſo närriſch ſeyn würde / Comites S. de homagio illo præſtando hactenus interpellarunt, quod ſusque deque habendum. Maneat ergò Illuſtriſſimus & multis nominibus laudatiſſimus Comes Erneſtus Imperii Romani Status, & inter Comites præcipuus in poſſeſſione ſua libertatis, nec patiatur ſervitutẽ in deſpectum & diminutionem reputationis & dignitatis ſibi imponi: Quòd ſi forſan Landgravius acquieſcere his nollet, ſed jure potiùs cum Illuſtriſſimis & Generoſiſſimis Comitibus S. contendere & experiri, actio tùm, ſi Illuſtriſſimus Dn. Comes erit Reus, in prima inſtantia coram Auſtregis vigore *tit. 3. part. 2. Ordinat. Cam.* intentanda
41 eſt. Quamvis enim lis inter Dominum & Vaſallum orta coram Paribus Curiæ ſit ventilanda & decidenda, *c. unic. in fin. de prohib. alienat. per Frideric. & c. un. de controv. apud pares termin. in pr.* Fichard. *conſil. 18. tom. 1. num. 35.*

Tamen ſi de feudo ipſo, & de naturâ ſeu de ſubſtantia ejus non litigatur, cognitio non ad Pa-
42 res, ſed ad Ordinarium pertinet: Quando enim quæſtio non tangit ſubſtantiam feudi, ſed aliquam extraneam & accidentalem cauſam, iſto caſu cognitio tantùm ſpectat ad Ordinarium, non ad Dominum feudi vel ad Pares Curiæ. Idque ſecundùm omnes Doctores indubitatum eſt. Nam
43 lex reſtringit Domini Jurisdictionem & cognitionem Parium ſolùm ad litem ſuper ipſo feudo. Coler. *de proceſſib. executiv. p. 2. c. 3. num. 319. 320. & 321.* ubi plures convehit. Quæ ſententia omni
44 dubietate caret. Cùm igitur ſæpè prætenſum homagium ipſam naturam ſeu ſubſtantiam feudi non tangat, ſed res ſit feudi extranea & accidentalis, determinatio hujus litigii ad Auſtregas allegati tituli *3. p. 2. Ord. Cam.* ſi Comes generoſiſſimus
45 Reus erit, pertinebit. Nullus opinor verè dixerit, Juramentum ipſum fidelitatis eſſe de ſubſtantia feudi; ſiquidem illud benè omitti poteſt. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 6. num. 10.* fidelitas autem ipſa nullo modo, utpote res feudi ſubſtantialis, quæ omitti nequit, ſecundùm omnes FF.

Quinimò homagium feudo ipſi directo planè
46 repugnat, quia inducit ſubjectionem, Feudum verò nequaquam. Quis ergo ambiget, quin præſens litigium primâ viâ ad prædictas Auſtregas pertineat, & non ad Pares Curiæ? Sin verò Illuſtriſſimus Dn. Comes Actor eſſe velit; (quod Celſitudini ipſius temerè non ſuadeo, quia partes Rei ſemper ſunt favorabiliores, quàm Actoris) ad viam tum Auſtregarum, ex *tit. 4. p. 2. Ord. Cam.*
47 quarum ibi octo ordine recenſentur viæ, recurrendum erit, inter quas conſulerem Generoſiſſimo Domino, ut primam viam, novem ſcilicet Conſiliariorum aſſumeret. Tunc enim Reus Prin-
48 ceps ſolus expenſas ferret, ſecundùm *text.* §. und ſollen *tit. 4. Ordinat. Cam. p. 2.* & §. Es ſollen *tit. 6. ibidem p. 2.* exceptis expenſis judicialibus, in quibus Actor ipſe gravatur: Et ita Ordinationem *dd.* §§. eſſe intelligendam, quandoque obſervavi. In hac prima via Reconventio locum non habet, *d. tit. 4. p. 2.* & appellatio ad Cameram in hoc caſu permittitur, *tit. 6. in princ. Ord. Cam. p. 2.* Poſſet
49 quoque Illuſtriſſimus Dn. Comes S. Landgravium ad perpetuum illi ſilentium imponendum ex conſtitutione *L. Diffamari C. de ingenu. & manumiſſ.*
50 quâ & privilegiis primarum inſtantiarum, der Aus-
trägę / derogatum eſt, rectè in Camera convenire, *tit. 25. Ord. Cam. p. 2.* Gail. *1. obſ. 9. 10. 11. & 12.* Mynſing. *5. obſ. 81.*

Poſſet quoque Illuſtriſſimus Princeps Land- 51
gravius ſuper eadem hac lege Diffam. ex diſpoſitione & practica Juris communis conveniri. Gail. *1. obſ. 10. num. 9.* Quo tamen caſu actio directa non in Camera, ſed coram Judice competenti, id eſt, Auſtregis intentanda eſt. Quamobrem cùm potentiſſimus Dn. Landgravius per ſuprà deducta obtinendi ſpem nullam habeat, nec finem iſtius litis ipſe forſan videre potuerit (cùm hodiè, proh dolor! lites ſint immortales, & *l. properandum C.* 52
de judic. in deſuetudinem abierit) conſultò faciet, ſecundùm Ulpianum *in l. 1. in fin. ff. de inoffic. teſtam.* ſi inanibus ſumptibus ſe non vexaverit. Deſiſtat igitur ab injuſto ſuo hujusmodi conatu. Ad quid enim, quæsò, Celſitudini ipſius homagium petitum proderit? cùm non ignoret, Illuſtrem Familiam S. eſſe adhuc (Deo gratia) robuſtam & firmam, ſpemque prolis ſupereſſe. Nam aliàs & Juris
53 eſt recepti, ſi feudum antiquum ſemel ad deſcendentes tranſitum fecit, poſteà verò ad Collaterales pervenit, quemadmodum in Illuſtri hac Familia obtigit, quòd tunc agnati in infinitum ſuccedant, per *text. in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Et ha-
54
bet tali caſu regula locum, ultimum agnatum primi acquirentis ſucceſſorem eſſe, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit, per *text. in c. 1. de ſucceſſ. feud.* Gail. *2. obſ. 151. n. 5.* Mynſ. *cent. 2. obſ. 95. n. 4. 5. & 6.* ubi uterque dicit, in Camera Imperiali hoc ſervari, cum multis ibidem allegatis. Et citat *d. loc.* Mynſingerus præjudicium in cauſa Nobilium die Roden contra Curatores Juniorum Marchionum Badenſium. Eleganter Obrecht. *diſput. feudal. 10. theſ. 307. 308. 309. & 310.* Accedit ad
55
hoc, quòd dictæ Familiæ Illuſtris antiquiſſimæ agnati Jus quæſitum per ſimultaneam inveſtituram adepti & conſecuti ſint, quod illis auferri nequit. Borcholt. *conſil. 31. p. 1. fol. 455. col. 2. & conſil. 20. p. 1. fol. 147. col. 1. & ibidem fol. 148. col. 2.* Sichard. *conſil. crimin. 9. num. 77. ubi alios refert.*

SALVO.

Thomæ Merckelbachi.

CONSILIUM DECIMUM NONUM.

AN SUBDITI A DUCIBUS, COMITIBUS, ALIISQUE SUPERIORIBUS DYNASTIS REQUISITI INSTRUMENTA PRIVILEGIORUM SUORUM PRIMÆVA ET ORIGINALIA ANTE PRÆSTATIONEM HOMAGII EXHIBERE TENEANTUR?

SUMMARIA.

1. PRivilegiorum confirmatio *ipſius confirmantis perſonam concernit, eamq; ad renovationem & obſervationem privilegiorum obligat.*

2. Plus *ſolet timeri, quod ſpecialiter conceditur, quàm quod generali ſponſione renovatur.*

3. Confirmatio *nihil valet vel confert, niſi exhibeatur originalis conceſſio; & num. 4. 5. 6. & inprimis num. 12. 13. 14. 15.*

7. Reſoluto Jure *datoris reſolvitur Jus acceptoris.*

8. Confirmatio *quando fit per novum actum, tunc prima datio manet, & altera ex confirmatione accedit.*

9. Actum

9. Actum *nullum & invalidum confirmans de novo dare censetur; & num. 10. 11.*

16. Privilegium, consuetudinem *vel* Præscriptionem *alleganti incumbit probatio.*

17. Magistratus municipales *Regalia & ordinariam Jurisdictionem non exercent, sed duntaxat rerum ad civitates pertinentium curam habent.*

18. Comites *fundatam habent intentionem quoad Jus superioritatis, Regalia & Jurisdictionem rerum in Comitatu sitarum.*

19. Confirmatio privilegiorum *nil novi tribuit.*

20. Jura *in Superioris præjudicium sibi usurpare & ad ea confirmationes privilegiorum generales extendere, ambitiosum & extremè injustum est.*

21. Civitates & *Magistratus municipales nunquam Regalia & Jurisdictionem rectè asserunt, nisi eam à Præsidibus Provinciarum acquisivisse antè offendant; & num. 22.*

23. Jurisdictionis *causa est probanda, quando agitur, an Jurisdictio competat.*

24. Causa *seu tituli Jurisdictionem legitimè probandi sunt Jus præeminentiæ, vel privilegium & concessio Superioris, vel præscriptio & consuetudo.*

25. *Ad* probationem consuetudinis *quænam requirantur? & num. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.*

33. Privilegium *propter mutationem status desinit esse privilegium, aut certè viribus caret.*

34. Dispositio *quælibet intelligitur REBUS SIC STANTIBUS & in eodem statu permanentibus.*

35. Privilegia *enormem læsionem continentia concidunt: propter abusum tolluntur, num. 36.*

37. *An* Subditi *privilegia sua ante præstationem homagii producere teneantur?*

38. Privilegiorum productionem *exigere, vel non, meræ facultatis est: & num. 39.*

40. *Non valet* consequentia: *Factum non est, ergo fieri non debet.*

41. Subditi *licet ultra 100. annos non præstiterint homagium, non tamen ex eo possessionem libertatis præscripsisse dicuntur.*

42. Subditi *possidentur, non possident.*

43. *Nemo* statum & conditionem *suam mutare, nec sibi ipsi possessionem fingere potest.*

44. Gravaminum expeditio *ante renovationem homagii illegitimè & ambitiosè efflagitata judicialem disceptationem, ordinariamq; cognitionem desiderat; & num. 45. 46. 47.*

48. Confirmatio *in forma communi, aut specifica, quomodo differat? & num. 49. 50. 51. 52. 53.*

54. *Licet* confirmationem in forma communi *nullius præjudicii esse sentiat Gail; efficaciam tamen tituli, & justam præscribendi causam præbet.*

55. Error probabilis *parit titulum putativum, qui parere potest præscriptionem.*

FACTI SPECIES.

Es haben Bürgermeister und Raht/ samt der ehrlichen gemeinen Bürgerschafft beyder Städte weiland den Herren Grafen zu Weringroda/ 2c. und nach deroselben Abgang den Hochwolgebornen Herren und Grafen zu Stolberg/ 2c. über 100. 200. und mehr Jahren/ so offt sich ein Todsfall mit dem regierenden Herrn begeben/ jeder Zeit die gewöhnliche Erb- und Huldigungs-Pflicht würcklich geleistet/ und abgelegt/ dargegen Hochwolermeldte Grafen ihnen einen Revers/ davon Copia sub lit. A. befindlich/ eingeantwortet und heraus gegeben haben.

Als nun weiland der auch Hochwolgeborner Herr Graf Christoff zu Stolberg/ Weringroda und Honstein/ 2c. am 21. Novembris jüngsthin nach GOttes Willen Tods verblichen/ hat Herrn Graf Heinrich Ernst zu Stolberg/ 2c. Hochgräfl. Gn. für sich und in Vollmacht dero Herren Brüdern Graf Johann Martins zu Stolberg/ 2c. berührte Erbhuldigung dem alten unverrucktem Herbringen nach von gedachtem Raht gefordert/ dero gnädigen Zuversicht/ es würde derselbe hierinn nicht difficultirt/ sondern sich nebenst den Bürgern obligender Schuldigkeit nach gehorsamlich accommodirt/ und ihrer Pflicht Devotion und Treu/ damit sie dero Herrschafft verwandt/ unterthäniglich erinnert haben: dessen aber ungeachtet/ haben sie/ laut beygefügter am 24. uñ 27. Novembris jüngsthin datirter und lit. B. C. bemerckter Schreiben sich zur Huldigung nicht verstehen wollen/ es wäre denn Sach/ daß sie (1.) vorhero ihres regierenden Herrns vorgewissert und gesichert/ und nicht zweyen zugleich huldigen möchten: auch (2.) alle ihre Privilegia und Gerechtigkeiten more majorum confirmirt; und denn (3.) noch vor der Huldigung alle zwischen dero gnädigen Herrschafft und ihnen schwebende Mißverstände und Quæstiones gäntzlich consopirt/ verglichen und beygelegt wären.

Worauf ob Hochwolermeldten Herrn Graf Heinrich Ernsten Hochgräfl. Gn. ihnen beyverwahrte lit. D. signirte Declaration-Oblation- und Requisition-Schrifft dem Raht durch Notarien und Zeugen gebührlich insinuiren/ und als derselbe darauf besage der Beylage sub lit. E. geantwortet/ die lit. F. gezeichnete Resolution testatò einlieffern/ und/ wie ferner hierauf mehrerwehnter Raht und sechs Manne nicht acquiesciren wollen/ sondern beygelegte lit. G. H. I. notirte Schrifften zusamt 28. Beschwerungs-Puncten abereins eingeschickt und auf deren Expedition und Erledigung starck getrungen/ hat vielwolermeldts Herrn Graf Heinrich Ernsts Hochgräfl. Gn. die sub lit. K. befindliche Erklärung und lit. L. bemerckten Interims-Revers ihnen hinwider zustellen und es dabey endlich bewenden lassen. Ob sie nun wol hernacher mehrangeregte Bürgermeister und Raht/ sechs Mann Ausschuß und gemeine Bürgerschafft/ laut eines sub lit. M. beygefügten Schreibens ihren Unfug erkennt/ und sich deß præambuli tractatus, wie es scheint/ begeben und controversiarum omnium, transactionum & simultatum, offensionumque oblivionem nicht urgirt/ dadurch denn alle obstacula removirt und aus dem Weg geräumet/ und nichts mehr übrig blieben/ als daß sie noch ante renovationem præstationemque homagii ihre Privilegia in Originali fürzeigē/ mit dē Abschrifftē collationiren und copias dero Herrschafft zustellen lassen sollen/ deßwegen sich aber der Raht vermöge der Beylag sub lit. N. beharrlich geweigert.

Alldieweilen jedoch die zwiſchē dero Herrſchafft und gedachtem Raht angeſponnene Differentien mehrentheils dahero entſtanden / daß ihr unruhiger Stadtſchreiber Vitus Hoffman alshero nichts mehr / als Privilegia, Privilegia, Privilegia crepirt / und ſub nube, obtentu & involucro aſſertorum Privilegiorum mehrgedachte Bürgermeiſter und Raht dero Herrſchafft Regalien / als Zöll / Geiſtliche Jurisdiction auf den Kirchhöfen / Hoſpitalien und armen Häuſern und omnimodam Jurisdictionem freventlich uſurpiren / mulctarum compendia exigiren / impoſitionem & peræquationem collectarum, cognitionemque controverſiarum exinde proficiſcentium und andere Obrigkeitliche Herrlich- Recht- und Gerechtigkeiten ſo wol in der Stadt / als aufm Lande intervertiren / und an ſich reiſſen / ja aufm Lande ein ſonderlich Territorium über die Harſcharodiſche Holtzung / Eiſenberg / Ziegenberg / und andere Oerter / ſo doch immediatè in dero Herrſchafft Weringroda und unter der Herren Grafen hohen Landes- Ober- und Bottmäſſigkeit notoriè gelegen ſeyn / durch allerhand zugefügte turbativos, informes, novitios & ambitioſos actus vermeintlich erzwungen und bey vorgangenen und annoch währenden gefähr- und beſchwerlichen Krieges Troublen (da in etlichen Jahren zu Weringroda keine Cantzley gehalten / ſondern die pro tempore fürgefallene actus contentioſæ Jurisdictionis mehrentheils per modum commiſſionis den Amtſchöſſern / Stadt-Vögten und andern Bedienten zu expediren anbefohlen) anmaſſentlich continuiren und alſo ihre perpetuo coccyſmo ingeminirte Privilegia zu allen Mutwillen und Schalcksdeckel gebrauchen / und dadurch eine Freyheit zu erhaſchen / ſich von ihrer angebornen ordentlichen Obrigkeit Jurisdiction in libertatem zu vindiciren / und unter ſolchem Schein- Grund dero Herrſchafft nach dem Augapffel zu greiffen / und allerhand ärgerliche / empöriſche und widerrechtliche Inquietationes, tumultus, ſcandala & rixas zu excitiren / und immerfort ſolche und dergleichen hochverbottene attentata & innovata zu verüben vermeinen / die Concedenten und Herren Grafen wenig fürchten / über diß auch die gerühmte / aber andermals in Originali fürgezeigte Privilegia weder zu der Stadt noch gemeiner Bürgerſchafft / noch zu dero gnädigen Herrſchafft und Landes Nutz und Wolfahrt / ſondern vielmehr zu derſelben verfänglichem præjudicio und hochſchädlichen Nachtheil und mercklicher und nicht geringer Gefährde für und für anziehen und gebrauchen / ſo wird gefragt: Ob ermeldte Bürgermeiſter und Raht zu Weringroda der Urſach / daß Exhibitio Originalium Privilegiorum von ihnen gefordert / citra notam inobedientiæ & Rebellionis ſich von Leiſtung der ſchuldigen Erbhuldigungs- Pflicht / (ungeachtet ſie ſolches etwan bey vorigen Huldigungen von den Vorfahren nicht in Acht genommen ſeyn möchte) originaliter zu produciren und zum Vorſchein aufzulegen zu Recht ſchuldig und verbunden ſeyn / damit ſie in ihrem Trutz / Mutwillen und Halsſtarrigkeit nicht animirt / und fernere Lites oder Occaſiones litium eines für alles verhütet und abgewendet werden mögen?

SUFFRAGANTE JEHOVA.

DETERMINATIO QUÆSTIONIS PRÆCEDENTIS CUM IMPLICITA REFUTATIONE CONTRARIORUM.

AD propoſitam Quæſtionem breviter reſpondeo: Senatum Weringrodanum ad exhibitionem Originalium Privilegiorum de Jure & conſuetudine efficaciter obligari, eaque de cauſa poſtulatam renovationem præſtationemque homagii injuſtè recuſare; motus ſequentibus Rationibus.

Primò enim Privilegiorum confirmatio 1
ipſius confirmantis perſonam concernit, eamque ad obſervantiam privilegiorum de novo obligat. Nam uti Suetonius in Tito ſcribit, cùm ex inſtituto Tiberii omnes dehinc Cæſares beneficia à ſuperioribus conceſſa Principibus, aliter rata non haberent, quàm ſi eadem iisdem & ipſi dediſſent, primus præterita omnia uno confirmavit edicto. Ex quo perſpicuum fit, confirmationem privilegiorum non in nuda renovatione conſiſtere, ſed rem perinde haberi, ac ſi confirmans de novo det. Quod etiam ſummè utile ac neceſſarium eſt; cùm plus ſoleat ti- 2
meri, & eò firmiùs ſervari, quod de novo ſingulariter & ſpecialiter conceditur, quàm quod generali ſponſione renovatur, *c. quamque. diſtinct. 23.*

Secunda Ratio Decidendi hæc eſt, quòd 3
privilegiorum inſtrumenta primæva ſive Originalia validandæ confirmationi pedes figunt, ita, ut, niſi de iis conſtet, confirmatio nullius ſit momenti, poſt Bald. Speculat. & Jacob. de Franchis, *in tit. qui ſucceſſ. feud. dare teneant. numero 5.* Weſembec. *conſil. 4. num. 48. verſic. Unde niſi adpareat.* Cùm confirmatio, niſi ſit actus per ſe ſtans, 4
Hartm. Hartman. *obſ. 3. num. 2. c. 1. miſcell.* ideoq; 5
per ſe confirmatum non probet, Maſcard. *de prob. concl. 404. num. 1.* ubi declarat, ut propterea multum conducat, inſtrumento confirmationis tenorem anterioris ſuper privilegii conceſſione confecti ſeu ſcripti inſeruiſſe. Neque enim concedi debet confirmatio, niſi de originali confirmati ad- 6
pareat. Nam quî, quod non eſt, confirmari, aut non enti qualitas conferri poſſit? Surd. *tr. de alim. tit. 1. q. 40. n. 117.*

Tertiò, Privilegia plerumq; partem aliquam Regalium Civitatibus ſubditis elargiuntur & attribuunt, puta partem vectigalium vel Jurisdictionis, &c. At iſta Regalia ad Principes, Comites & Præſides Provinciarum non Jure ſucceſſionis, ſed ex lege inveſtituræ & ex providentia ac virtute primi acquirentis deveniunt, etſi quid ex iis alienetur, id, alienatoribus mortuis, ſimul moritur, & ſublato Jure datoris vel alienatoris tollitur quoq; Jus acceptoris, *l. ex vectigali ff. de pignor.* Proinde 7
ſucceſſores ad privilegia talia obſervanda cogi non

poſ-

possunt, nisi ipsi ea confirment. Ex quo consequitur, confirmationem illam in nudis & meris renovationis terminis nequaquam consistere, sed novam obligationem inducere atque novum
8 Jus tribuere; Tum quia, quando confirmatio fit per novum actum, tunc prima datio manet & altera datio ex confirmatione accedit. Tiberius Decian. *consil. 72. num. 48. vol. 2.* Tum, quia quando
9 aliquis actum ratione suæ personæ nullum & invalidum confirmat, de novo dare creditur. Mynsing. *decad. 11. respons. 1. num. 116. & seqq. fol. 18.* ubi tamen *num. 120.* hoc intelligit, si fiat ex certa scientia, & expressè de hoc fiat mentio. Surd. *cons.*
10 *313. num. 35. & consil. 385. num. 32. vol. 3.* Tum quia quando quis actum quem revocare, vel pro irrito habere poterat, nihilominus confirmat, non tàm confirmare, quàm dare censetur. Gerard. Mazol. *consil. 67. num. 4.* Tum denique, quia confir-
11 mans actum, qui non nisi ex confirmantis authoritate diutiùs subsistere poterat, ipsum actum fecisse & de novo concessisse existimandus est, præsertim si id faciat cum clausula certæ scientiæ. Hippol. Riminald. *consil. 295. num. 29. & 30. vol. 3.*

12 *Quartò*, Quòd confirmatio requirat exhibitionem eorum, quæ petuntur confirmari, neque aliter valeat confirmatio, nisi principalis concessio exhibeatur, in terminis terminantibus tradit Speculat. *tit. de instrument. edit. & fide. §. nunc autem, num. 1.* Confirmandum enim debet produci.
13 Francisc. Aretin. *in l. moribus. not. 1. ff. de vulg. & pup.* Matthias Coler. *consil. 56. num. 19. & 49.* pulchrè Hartm. Hartman. *2. observ. miscell. 3. n. 1.*
14 *2. & 9.* Et ad hoc, ut confirmatio valeat, necesse est, originalem concessionem adparere, quæ confirmatur, ejusque tenorem confirmationi inseri. Mynsing. *respons. 19. num. 9. decad. 2.* allegans Bald. Specul. & Dd. *in auth. si quis in aliquo. Cod. de edend.* Idem Mynsing. *d. respons. num. 34.* ubi
15 dicit: Quando simpliciter & generaliter fit confirmatio omnium habitorum privilegiorum, aliqualem tantùm mentionem eorundem faciendo, non autem ea expressim memorando; tunc per talem confirmationem non probari confirmata, sed necesse esse, ipsa confirmata producere. Videatur omninò Panormitan. post alios *in c. inter dilectos. de fide instrument.* ubi latissimè tractat, an scilicet ad probationem priùs concessorum sufficiat producere confirmationem.

16 Quò adprimè pro *Quinto* facit, quòd Privilegium, consuetudinem vel præscriptionem alleganti incumbit onus probandi, etsi esset in possessione ipsius, & totum est producendum, *c. cum personæ. de privil. in 6.* post Bart. Bald. Alb. Dec. & alios Fulv. Pacian. *lib. 2. de probat. c. 27. num. 141. & c. 29. num. 4. & c. 43. n. 34.* Crav. *cons. 48. n. 5.* Paris. *consil. 95. n. 8. vol. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 1194. num. 34.* Marius Antonin. Macerat. *lib. 2. variar. resolut. 11. num. 3. & resolut. 109. n. 8.*

17 De quo *Sextò* in præsenti hypothesi tantò minùs dubitandum: Quòd Magistratus & Civitates municipales Regalia, & ordinariam Jurisdictionem Jure communi non exercent, sed tantùm consilii publici Jus habent, & duntaxat rerum ad Civitates pertinentium curam gerunt, *l. 1. & tot. titul. ff. de decurionib.* cum aliis infinitis congestis
18 ab Ernesto Cothmanno *consil. 47. volum. 3.* Contra verò Dnn. Comites fundatam habent intentionem quoad Jus Superioritatis, Regalia, & Jurisdictionem omnium rerum in Comitatu sitarum; Extensè Mynsing. *respons. 16. num. 45. decad. 2. & respons. 3. num. 14. & decad. 13.* At Senatus Weringrodanus hactenus privilegia, quæ quotidiè crepat, non produxit. Confirmationes autem pri- 19
vilegiorum nihil novi Juris tribuunt. Schrad. *de feud. part. 6. c. 3. n. 30.* Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 68. n. 1. in gl. lit. b.* Cæterùm in superioris Domini 20
præjudicium Jura sibi usurpare & post privilegiis illa habere & ad ea confirmationes privilegiorum generales extendere ac producere, indéque Jurisdictionem Præsidibus Provinciarum nocivam & detrimentosam arripere & mordicùs defendere velle, non solùm ambitiosum, sed & extremè injustum est, *l. ambitiosa. l. bona fides. ff. depositi.*

Septimò, Magistratus Municipales sibi nun- 21
quam Regalia (quorum incapaces sunt) & Jurisdictionem rectè asserunt, nisi eam à Principe aut Præside Provinciæ mediatè vel immediatè se acquisivisse antè demonstrent, *l. & quia. ff. de Jurisd.* At cùm Senatus Weringrodanus titulo de- 22
stituatur, judicatu facillimum est, eum vectigalia aliaque Regalia ordinariamque civilem Jurisdictionem in contentioso & contradictorio judicio constituendo, ordinando & expediendo, in & extra Civitatem sibi frustrà ibi arrogare & vindicare. Mynsing. *respons. 3. num. 14. decad. 13.* Goeden. *consil. 31. num. 8.*

Octavò, Municipium, Jurisdictionem sibi com- 23
petere dicens, non tantùm Jurisdictionem, sed & Jurisdictionis titulum & causam justam & legitimam probare, eamque ab initio præscriptionis cœptæ demonstrare tenetur. Surd. *consil. 286. n. 9.* Cothman. *d. consil. 47. num. 124. vol. 3.* Causæ verò Jurisdictionem legitimè probandi sunt, vel Jus 24
præeminentiæ (prout præeminentiam Urbi Romæ tribuit, *l. 1. cùm Urbem. ff. de offic. præfect. urb.* qui Weringroda par esse nequit) vel privilegium & concessio superioris, vel præscriptio & consuetudo. Sed nec concessionem & privilegia Comitum de Jurisdictione aliisque Juribus specialia se habere, Senatus eo ipso implicitè fatetur, quòd eorum originalia non producit. Relinquitur ergo præscriptio & consuetudo. Ad consuetu- 25
dinem verò requiritur (1.) immemoriale tempus (2.) Titulus (3.) bona fides (4.) Possessio, ejusdemque continuatio. Quoad tempus etsi Dd. va- 26
rient, tamen communior est sententia, in præscriptione jurium incorporalium se fundantem probare oportere, quòd annos centum vel supra possederit, & quòd memoria non extet in contrarium, denique quòd nunquam fuerit aliud dictum vel factum vel observatum. Cothman. *consil. 1. num. 16. vol. 4.* Titulus Senatui deest; sine quo 27
præscriptio non currit. Bona fides quoque de- 28
ficit, cùm Senatus Weringr. rei alienæ scientiam habeat, & probè noverit; daß alle Bürger-Sachen hiebevor in prima instantia in Gräflicher Cantzley angenommen seyn / und der Raht nur primam notionem und die Partheyen in Güte zu verhören / zu vertragen / Fug und Macht gehabt / wenn aber die Sache disputirlich worden / und zum Stand Rechtens gebracht / seyn dieselbe in Cancellaria disceptirt und erörtert worden.

Malam quoque fidem hîc subesse inde adpa- 29
ret: Quòd (1.) Senatus bonam fidem probare non possit, utpote titulo destitutus; (2.) quòd sciverit, daß die Cantzeley alle Sachen von Bürgern in prima Instantia angenommen / & non contradixerit. Quæ scientia regulariter malam fidem 30
probat. Cothman. *d. consil. 47. num. 319. & seqq.* Et est ejus juris elegans ratio, quòd scilicet præscribere Jura negativa volentes non antè possidere incipiant, quàm si contradictio interveniat,

atque adeò nec antè præſcribant, cùm præſcriptio ſine poſſeſſione procedat. Cothman. *d. loco*
31 *num. 320.* At Senatus jus negativum, quò Comitum Jurisdictio omnimoda enervetur, per præſcriptionem ſibi aſſerunt, ideoque prohibitionem anteceſſiſſe, & patientiam ſubſecutam eſſe omninò probare debet. Idque usque eò ſe extendit, ut prohibitionem eo tempore, à quo immemorialis præſcriptio computatur, factum fuiſſe demonſtrandum ſit, uti Interpretes & Dd. unanimi-
32 ter teſtantur. Deſtituitur quoque Senatus poſſeſſionis civilis præſidio, ſine qua præſcriptio nec inchoari, neque impleri poſſit. Quin & in probanda continuatione poſſeſſionis ſimpliciter deficiunt, imò poſſeſſionem prætenſam toties, quoties contradictionibus, tam judicialibus, quàm extrajudicialibus interruptam fuiſſe in aſſerto eſt, ut de interruptione nihil ambigi poſſit. Ad horum requiſitorum probationem Senatus Weringrodanus ne Jota quidem hactenus protulit, ſed ſaltem dicit, *Poſſidemus, quia poſſidemus*: quæ vitioſa eſt poſſeſſio.

Nonò, Privilegium propter mutationem ſta-
33 tus deſinit eſſe privilegium, aut certè viribus deſtituitur, *l. cùm ex occaſione 17. in princ. ubi Baldus*
34 *ff. de excuſat. tut.* Et in omni actu jurato intelligitur conditio illa, *Rebus ſic ſtantibus*, hoc eſt, in eodem ſtatu permanentibus, *l. pactum, quod dotali C. de collat. cum ſimilibus.* Georg. Everhard. *conſil. 19. num. 46. vol. 2.*

At in caſu noſtro evidens contingit mutatio. Nam poſito citra veri noxiam, quòd Senatus Weringrodanus Privilegia pomposè & animosè allegata, totiesque ad ravim usque inculcata haberet, nihilominus illa ad incrementum, conſervationem, tranquillitatem & ſalutem Reipublicæ, non autem ad deſtructionem & everſionem ejusdem indulta eſſent, quæ qualitas, importans cauſam finalem, ſi non ſervetur vel non impleatur, tunc actus totus corruit. Quo caſu ſubintrat Concluſio Dd. Quòd, quando privilegia publicam utilitatem lædunt, & ex curſu temporis per effrænatam licentiam & malitiam Subditorum privilegiatorum reducuntur ad iniquitatem, & incipiunt
35 eſſe nociva concedenti, vel ejus ſucceſſoribus, ſi enormem læſionem continent, ſi adverſus bonum publicum tendere deprehenduntur, ipſo jure expirant & concidunt, & ſuperior illa limitare vel in totum revocare poteſt, *l. ex facto. verb. etenim iniquum, ubi Bart. ff. de condit. & demonſtrat. c. ſuggeſtum. extr. de decim.* Georg. Everhard. *conſil. 19. num. 48. vol. 2. & conſ. 7. num. 8. & 9. vol. 1.* Wamel. *conſil. 1. num. 4. & 34. cent. 1.* Azevedo *in Conſtit. regias Hiſpan. lib. 6. tit. 1. l. 1. num. 81.* Georg. de Cabedo *deciſ. 19. numer. 7. & 8. p. 2.* Cancer. *variar. reſolut. cap. 3. num. 425.* Contzen *lib. 15. Polit. cap. 18. num. 7.* Et propter abuſum privilegia revocari poſſe, docet Georg. Everhard. *conſil. 39. num. 31. vol. 2.* Mynſing. *reſponſ. 1.*
36 *decad. 11. num. 65. & ſeqq.* Quo loci in individuo & punctualiter decidit: Quod licet privilegia Civitati ſemel conceſſa ſint perpetua, neque per concedentes (maximè, ſi aliquo accepto per contractum conceſſa fuerint) auferri poſſint, attamen ſuperveniente legitima cauſa vel abuſu, ex capite ingratitudinis adimi & auferri poſſint, ut ibi per eum latiùs, & præſertim *num. 66. & 67. & 68.* omninò videndus.

37 *Decimò* adminiculatur obſervantia & conſuetudo totius Imperii notoria: Quâ ſubditi à Principibus, Ducibus, Comitibus, aliisque Superioribus Dynaſtis requiſiti Inſtrumenta primæva & Privilegia ordinaria ante præſtationem homagii edere & exhibere tenentur. Nec eſt, quòd quispiam exiſtimet, pactum de præambulis transactionibus ac confirmationem privilegiorum *ut Partem* & articulum contractus correſpectivi homagialis eidem ineſſe. Et quod prædeceſſores Dnn. Comitum laudatæ & felicis recordationis longæva ſerie absque ulla interruptione ante vel in ipſo actu homagiali, privilegia Civitatis confirmarunt. Ideoque nec modernum Succeſſo-
38 rem, Dominum Comitem *Henricum Erneſtum*, originalium privilegiorum exhibitionem poſtulare jure poſſe. Reſpondetur enim, actum meræ facultatis eſſe, originalium privilegiorum productionem exigere, vel non, cui nunquam, niſi à tempore requiſitionis ſubſecutæ contradictionis, quantumvis immemoriale, tempus effluxerit, *l. cùm notiſſimi. ubi Dd. C. de præſcript. 30. annor.* Chaſſan. *in Conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 4. verb. novelle cheviallerie. num. 16.* Alexand. *conſil. 136. vol. 2.* Burſat. *conſil. 87. num. 12.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 84. num. 3. lit. C. & cap. 6. concluſ. 82. num. 21. & ſeqq.* Nicol. Everhard. Jun. *conſil. 10. num. 15. & 16. lib. 1.*

Sicuti & actus meræ facultatis eſt, Juramen-
39 tum fidelitatis exigere, vel non exigere. Potuit enim Dominus tantùm hoc Juramentum fidelitatis pro ſe & pro iſto tempore remittere, licèt non ipſam fidelitatem. Non autem ſequitur ex eo, quòd voluerit præjudicare ſucceſſoribus, quò minùs poſſint exigere homagium in puncto. Coler.
40 *d. conſil. 56. num. 63.* & alii prudenter omiſſi. Deinde non ſequitur, Factum hoc non eſt, ergò fieri non debet, accedente inprimis rationabili legitimaque cauſa & abuſu, de quibus in facti ſpecie &
41 ſuprà dictum. Præterea, ut maximè allegent oppidani, ſe ultra centum & plures annos, priusquam renovatio & confirmatio privilegiorum facta eſſet, non præſtitiſſe homagium, ob id non dicuntur præſcripſiſſe poſſeſſionem libertatis, antequam fuerint requiſiti, pro edendis privilegiis & contradixiſſent, poſt Bald. & Covarruv. Colerus *d. loco*
42 *num. 64.* Ratio: Quia ſubditus & vaſallus poſſidentur & non poſſident, neque unquam interverterunt poſſeſſionem Domino, quâ non interversâ, ceſſat præſcriptio: Cùm civilis poſſeſſio ſemper remaneat apud Superiorem & Dominum directum.

Undecimò, Senatus Weringrodanus, ſub prætextu, obtentu & involucro aſſertorum *Privilegiorum* ac ſtatuariæ, quam ſibi imaginantur, Jurisdictionis, ſtatum & dignitatem regalem Dominorum Comitum arrodere & convellere conatur.
43 At nemo ſibi ſtatum & conditionem ſuam mutare, nec ſibi ipſi poſſeſſionem aliquam fingere, & ejus fictæ atque animo conceptæ commentitiæ poſſeſſionis actus Jurisdictionales exercere, atque ita uſucapere poteſt, ſed antè neceſſe eſt, ut Senatus probet, extrinſecus ſibi aliquam poſſeſſionis cauſam acceſſiſſe, atque ita uſucapionem inchoatam & completam fuiſſe. Maximè cùm Senatus, ſi originem Magiſtratuum municipalium & juris communis diſpoſitionem ſpectemus, Jurisdictionem omnimodam & merum mixtumque imperium nunquam habuerit, ſed ſine Jurisdictione fuerit.

Duodecimò & Ultimò, Quæſtiones, Contro-
44 verſiæ ac Gravamina illa, quorum expeditionem Senatus Weringrodanus ante renovationem præſtationemque Homagii tam anxiè, ſed illegitimè

timè & ambitiosè efflagitat, ordinariam cognitionem & judicialem disceptationem requirunt, neque cum Homagio & mutua defensione consistere, neque paci aut concordiæ locum ullum relinquere possunt.

45 Audire mihi videor Senatum, Civesque Weringrodanos hoc ferè sermone cum Comitibus suis utentes & expostulantes: Vos, Vesterque Pater, ejusque Officiales peccastis in nostra privilegia, tot lites, quæ apud Electorem Brandenburgicum institutæ, querelæ, porrectæ Supplicationes nihil sunt, nisi documenta violatorum pactorum & promissorum Patris vestri & Majorum. Ob id edicimus vobis & volumus jam, ut omnia ad arbitrium & præscriptum nostrum revocetis & redintegretis; Neque est, quòd vos jure judicioque defendatis, res clara est, nî igitur morem illicito gesseritis, hanc vobis pœnam ferimus, ut tantisper Magistratu abstineatis, nosque missos faciatis. At quantò Comitum oratio moderatior,
46 æquior, civilior, qui, licèt se suumque Parentem negent quicquam injustè feciisse, cognitionem tamen juri deferunt, illius sive absolutione sive condemnatione usuri, &, quod judicabitur æquum, facturi, hoc est, cuncta suo loco & tempore, si se condemnari contingat, reparaturi.

47 Et quemadmodum Senatui & Civibus, ita nec Dnn. Comitibus legitima sua defensio non potest adimi, quâ auditâ, si eam judex irrelevantem censuerit, & si dolo malo videbitur adversus placita pactaque veniisse, tum is in eum statuet, quod ex jure, privilegiis, immunitatibus, consuetudinibus Civitatis fas piumque videbitur, & in pœnas condemnabit, quas commeruisse deprehendet: Ut autem judicium privato Subditorum arbitrio permittatur, quid vel iniquius vel periculosi9, aut quæ possit major induci rerum omnium confusio ac perversio publici status? Iniquum est, sub vano prætextu Privilegiorum jura Superioris attrectare. Hæc certa & nominum & rerum fœda confusio est, *l. fin. C. de legit. tut.*

48 Ex supradictis & deductis clarè constare opinor, Senatum Civesque Weringrodanos ad exhibitionem Originalium Privilegiorum omninò teneri, neque præstationem homagii ideò, quòd ex parte Dn. Comitis tantisper, donec privilegia in Originali & probandi forma edantur, den gewöhnlichen Huldigungs-Revers / & Confirmationem privilegiorum differunt, licitè recusare, aut
49 effugere & declinare posse. Non latet me, Dd. communiter distinguere solere inter Confirmationem in forma communi, aut in forma specifica, ex certa scientia ac maturo consilio factam: Illam nihil novi tribuere, hanc verò novam obligationem inducere nihilque juribus Superioris detrahere tradunt. Anton. Gabriel. *commun. concluf. lib. 6. tit. de clauſulis. concluf. 1.* Modestin. Pistor. *consil. 37. num. 11. & per totum.* Mynsing. *respons. 1. decad. 11. numero 122.* Jacob. Cancer. *lib. 1. variar. resolut. num. 3. & 179. 180.* Razzal. *decis. 965. numero 12.* Georg. Everhard. *consil. 3. numer. 80. volum. 1.* Borcholt. *consil. 6. col. 2.* Hartman. Hartmanni *2. observat. miscell. 3. numero 6. & 7.* ubi signanter dicit: Confirmationem factam in forma communi non præcludere viam judicibus ordinariis cognoscendi de validitate juris confirmati, seu de jure competenti ei, qui obtinuit confirmationem. *Hæc ille.*

Nec est ea distinctio de nihilo, quin & in aliis juris partibus, atque in usu communi frequentissima: Nam & Commissiones aliæ in forma communi sunt, aliæ cum certis & maturo consilio adpositis clausulis, idemque in confirmationibus receptum est; & eæ quidem, quæ in communi forma fiunt, tantùm perfunctoriè & velut in transennam expediri solent, & nullius præjudicii sunt, sed quæ cum clausulis certæ scientiæ, animi deliberati & consilii maturi peraguntur, rem & negotium tale subesse ostendunt, quod aliquando in disputationem revocari, vel etiam confirmanti præjudicium generare & inferre potuerit, adeoq; maturè & exactè deliberandum & idoneis clausulis sic muniendum fuerit, ut & ei, qui confirmationem petivit, consultum sit, & confirmanti id, quod confirmârit, retractandi vel impugnandi occasio omnis eripiatur, secundùm ea, quæ dd. Dd. & alii Interpp. passim inculcant.

Deinde confirmationes, quæ in communi forma fiunt, privilegia antiqua narrativè tantùm at- 50
tingunt, ideoque illa ita demum, si forsitan habeantur & exhiberi possint, roborant ac confirmant, *c. cùm dilectæ. circa medium. extravag. de confirmat. & init.* At confirmationes, quæ cum 51
clausulis, certæ scientiæ, motus proprii, animi deliberati, & consilii maturi peraguntur, privilegia vetera dispositivè attingunt, eaque vel in totum vel pro parte recitant, & tum confirmant ac roborant. Ex quo magnus effectus resultat, cùm priori casu confirmationes illæ privilegiorum Jura non probent, posteriori casu omninò probent; post Glossatores & Panormitanum, Cothm. *d. consil. 42. num. 39. volum. 3.* Ac quamvis con- 52
firmatio generalis sive in communi forma exhibitionem confirmationi non requirat, ut sentire visus est Modestin. Pistor. *d. consil. 37. vol. 1. & consil. 40. vol. 2.*

Attamen hoc ubique perpetuoque tutum non est. Nam & secus in confirmatorio sub forma communi accidit, ut nec tunc absque relato probet referens. Rosenthal *de feudis concluf. 69. num. 11. in gl. lit. n.* Præterea Modestinus Pistorius in eo casu consuluit, in quo præmemoratæ & in facti specie relatæ circumstantiæ factum evidenter variantes & exaggerantes non intervenerunt, sed habiles termini fuerunt præsuppositi. Ac licet, confirmationem sub forma communi 54
nullius esse præjudicii, asserat Gail. *2. observat. 1. sub num. 3.* efficacitatem tamen tituli, & justam causam, bonamque fidem præscribendi probat Schrader. *d. tract. de feudis p. 6. c. 3. num. 34.* Acac. Enenckel Baro *de privileg. lib. 3. cap. 20. num. 18.* Petr. Gilken. *tractat. de præscript. p. 2. membr. 1. c. 13. in fin.* Cancer. *d. cap. 3. numer. 198.* Haud secus, ac error Juris probabilis parit titulum putativum, qui parere potest præscriptionem. Cancer. *d. c. 3. num. 19.* post Barthol. Socinum & Parisium ibidem rectè citatos.

Ex quo cùm notabile præjudicium resultet, concludo, D. Comitem *Henricum Ernestum* actu regentem tàm enormi præjudicio haud quaquam gravandum, sed Senatum Civesque, non attentis hisce vanis & frivolis allegationibus, exceptionibus & subterfugiis, ad exhibitionem Privilegiorum originalium & præstationem homagii per licita media & remedia compellendos esse.

Salvâ cujusque meliùs sentientis censurâ & rectiori Judicio.

Caspar is Klockii.

Als Uns Decano, Seniori und Doctoribus der Juristen Facultät/bey der F. Juli9-Universität zu

Helmſtatt / obgeſetzte Facti ſpecies zu ſamt lit. A. usque M. incluſivè hinwieder beykommenden Beylagen zugeſandt / und darüber und zu dem Ende daraus formirte Fragen unſere Rechtliche Meinung zu eröffnen und mitzutheilen erſucht. Demnach haben wir ſelbige mit gehörendem Fleiß verleſen und umſtändiglich erwogen. Erkennen und ſprechen darauf vor Recht / daß Bürgermeiſter und Raht dahero / daß von J. Hoch-Gräflichen Gn. ihrem angebornen Erb- und Landes-Herrn / Exhibitio Originalium Privilegiorum gefordert / ſich der begehrten Leiſtung der ſchuldigen Erbhuldigungs-Pflicht nicht verweigern noch entbrechen können / ſondern ſeynd zu Recht ſchuldig und verbunden / ihre angezogene Privilegia, wofern ſie dieſelbe confirmirt haben wollen / originaliter und zum Vorſchein aufzulegen / alles von Rechts wegen. Zu Urkund haben wir unſer Facultät Inſigel hierauf drucken laſſen.

Locus Sigilli Facultatis.

Decanus, Senior und Doctores der Juriſten Facultät bey der Fürſtlich. Julius-Univerſität daſelbſt.

HOchwolgeborner Graf / E. Gn. ſeyn unſere unterthänigſt gefliſſene Dienſte zuvor. Gnädiger Herr: Als E. Gn. uns vorgeſetzte facti ſpeciem, benebenſt unterſchiedlichen Beylagen / mit Lit. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. ſignirt / zugeſchickt / und auf eine daraus entſpringende Frage unſere Rechtsbelehrung gebetten / demnach ſprechen wir nach fleiſſiger Verles- und Erwegung vor Recht: Obwol Burgermeiſter und Raht / auch geſamte Burgerſchafft der Stadt Weringroda / zu Behauptung ihrer Verweigerung fürnemlich anziehen thun / daß ihnen und ihren Vorfahren ihre Privilegia nun über Rechts verjährte Zeit / und weit über Menſchen Gedencken jederzeit vorgeleiſteter Erbhuldigung / ohn einig Bedencken / und zuvorher begehrte Edition / wären confirmirt und beſtättiget worden.

Demnach aber und dieweilen dergleichen Begehren exhibitionis privilegiorum ein actus meræ facultatis iſt / in welchem keine Verjährung / als von Zeit beſchehener Requiſition und darauf erfolgter Contradiction nach Verordnung der Rechte / Statt findet / nechſt dem auch und insgemein mit den Privilegien es alſo beſchaffen / daß der jenige / ſo ſich auf eines beruffet / daſſelbe zuvorhero beybringen und fürzeigen muß / zumalen und um ſo viel deſto mehr / wenn die Hohe Landes-Obrigkeit / wie dißfalls geſchicht / ihrer Erb-Unterthanen Privilegia confirmiren und zu deren Haltung auch ihres Theils und gleichſam von neuen ſich verbinden ſoll / dargegen aber die Unterthanen allerhand Hochheiten / Recht und Gerechtigkeiten / welche eigentlich der Hohen Landes-Obrigkeit zuſtändig / und dem ſie ſich in vorigen Zeiten nicht unterſtanden / unterm Schein und Fürſchutz darüber habender Privilegien gantz neuerlich üben und gebrauchen wollen / alſo ſeynd dahero und bey ſolcher Beſchaffenheit E. Gn. als Erb- und Landes-Herr / obbemeldte Bürgermeiſter und Raht / auch geſamte Bürgerſchafft der Stadt Weringroda / wofern ſie nichts Erhebliches / als wie jetzt gemeldt / ein- und fürzuwenden / und zwar noch vor Leiſtung der Erbhuldigung ihre bishero angezogene Privilegia zu deſto ſicherer und beſtändigerer Confirmation originaliter zu exhibiren und fürzulegen ſchuldig / es wolte denn E. Gn. zu ſchleiniger Beförderung der Huldigung und Abſtellung weitern beſorglichen Mißtrauens / zwiſchen Obrigkeit und Unterthanen / angedeutete Privilegia gegen ihrer Erb Unterthanen zu Weringroda Verpflichtung / daß ſie ſolche jedesmals auf Begehren gegen Revers unweigerlich fürzeigen wolten / nur derweilen in gemeiner Form beſtättigen / ſolches wäre E. Gn. geſtalten Sachen nicht zu widerrahten / und könte darauf ſo balden mehrerwehnte Huldigung ohne Verfang fürgenommen werden / alles von Rechts wegen / urkündlichen mit unſerm Inſigel beſigelt.

Locus Sigilli Facultatis.

Ordinarius, Dechand / Senior und andere Doctores der Juriſten Facultät auf der Univerſität Jehna.

CONSILIUM VIGESIMUM.

DE JURE LUSTRATIONIS ET SEQUELÆ, STATUENDI, COLLECTANDI, REMISSIONE DELINQUENTIUM, ET JURE EPISCOPALI.

EPITOME.

ARTICULUS I. agit de Jure Luſtrationis generalis & particularis; ſive de delectu, diſciplina & exercitatione militari: An, & quomodo hoc jus Principibus, Comitibus, aliiſque Imperii Statibus competat?

II. De Jure Sequelæ; An, & quatenus Subditi Superiorem, & Vaſalli Dominum ad bellum pro defenſione ſtatus, Patriæ, Provinciæ, & ad cuſtodiam Caſtri, vel capiendum malefactorem, &c. in Territorio vel extra locum conſuetum determinatè vel indeterminatè ſequi, & ſuo ipſius vel Dominorum ſumptu & ſtipendio ſervire cogantur?

III. De jure ſtatuendi; An, quatenus & quomodo Inferiores Magiſtratus ac Civitates mero mixtoque Imperio munitæ vel gratioſè amictæ Statuta condere vel Superiorũ ſuorum, Principum, Comitum, &c. Ordinationes, Proclamata, Edicta & Bannimenta recipere & admittere teneantur?

IV. De jure Collectandi, (1) An Principes, Comites, aliique Status Imperii Subditos ſuos collectare poſſint? (2) Quæ juſtæ & legitimæ ſint collectandi cauſæ? (3) An, & quando Major pars in puncto Contributionis Minori præjudicet?

V. De jure perſequendi facinoroſos in alieno territorio: & quando delinquentes ad locum delicti ſint remittendi.

VI. De juribus Epiſcopalibus: (1) An illa vigore Transactionis Patavicæ & Pacificationis Religionis in ſuſpenſo, vel in Status Auguſtanæ Confeſſionis translata ſint? (2) An Civitates aliis Principibus, Comitibus, &c. mediatè ſubjectæ Pacis religioſæ capaces ſint? (3) An beneficium emigrationis ſit liberæ facultatis, vel præciſæ neceſſitatis? (4) An cognitio in matrimonialibus, adulterii, fornicationis, aliisque cauſis mixti fori Dnn. Comitibus W. vel Civitati & Senatui C. competat?

SUM-

SUMMARIA.

1. *Generalia & brocardica fundamenta practicum intellectum non satis illuminant.*

2. *In* jure *potissimùm habetur id, quod ad speciem diremtum est.*

3. Decisio *una in terminis plus valet, quàm mille generalia argumenta; & num. 5. 6. 7. 8.*

4. Pauperis Doctoris *est, vagari per generalia.*

9. Lustratio *& exercitatio militum in Republ. utilis & necessaria.*

10. Antiquum institutum *exercendi tyrones: Quod in usum revocari suadent Politici, numer. 11.*

12. *Felix* Respublica, *quæ tempore pacis de bello cogitat.*

13. Lustratio *juri Superioritatis, Territorii & Regalium accensetur: & num. 14. 15. 16. 17.*

18. *Solus* Princeps *delectum agere potest; & num. 19. 20. 23. 24.*

21. 1. Samuel. 8. *an contineantur jura Regis vel Tyranni?*

22. Delectum *habens absque permissu Imperatoris, crimen læsæ majestatis incurrit.*

25. Jus armorum *& belli indicendi duntaxat Supremo Principi competit; & num. 26. 27.*

28. Principes, Comites *& Barones Germaniæ jura Territorii & Superioritatis habent.*

29. Imperium *hodie scissum.*

30. Principibus Imperii *liberum est arma tractare, delectum habere, num. 31. bellum gerere, num. 32. Recessus Imperii in hanc rem, num. 33.*

34. Defensione *territorii concessa, delectus lustratioq; concessa censentur.*

35. *Ad sui suorumq; defensionem*, delectum *agere, & bellum inferre licet.*

36. Subditi *ad Jura Superiorum manus adponere non debent; & num. 65.*

37. Lustrationis *variæ denominationes in variis Nationibus & linguis: Inventor Fabius Maximus, num 38.*

39. Lustratio *duplex, generalis & specialis.*

40. *Specialis sive particularis* Lustratio *an mero & mixto Imperio cohæreat? Aff. hoc num. Contrarium deciditur, num. 42. & seqq. & inprimis, num. 52. 53. & 64.*

41. Subditi *à Dominis novis & inusitatis angariis gravari nequeunt; & num. 42. 43.*

44. Dominus Territorii *quoad operarum præstationem non habet fundatam intentionem contra Subditos.*

45. Subditi *in possessione à Domino turbari non debent.*

46. Dominus *Subditos in eo statu, in quo eos reperit, relinquere & conservare tenetur.*

48. Lustratio *armorum & Exercitatio tyronũ, tessera & indicium est Superioritatis; & numer. 49. 50. Constitutiones Imperii Romano-Germanici hac de re, num. 51.*

54. Argumentum *à toto ad partem affirmativè valet; & num. 55. 56.*

57. Res *una diverso respectu non debet censeri.*

58. Concessio consequente *necessario etiam antecedens est concedendum, sine quo illud commodè expediri nequit.*

59. Præparatorium *existimatur de dependentibus & connexis ipsius præparati.*

60. Jus constituendi Capitaneum *civitatis ad Regem vel Principem pertinet, & non ad alium, qui Jura Principis non habet.*

61. Civitatibus *inferioribus jus armorum non competit.*

62. Trillmeister / Campidoctores *à Vegetio dicti.*

63. Armorum exercitium *in quo consistat?*

66. Jus incorporale & negativum *non amittitur ex eo, quòd occasio utendi defuerit, etsi præcesserit contradictio, & patientia ejus, qui affirmativum Jus habere prætendit, num. 69.*

67. Jura incorporalia *exercens in uno, etiam in cæteris possessionem retinet.*

70. Immunitas à Collectis *an præscribatur solo cursu temporis absque requisitione & subsecuta denegatione? Aff. hoc num. Contrarium probatur, num. 71. & 120. Præjudicium Cameræ, numer. 72.*

73. Possessio *titulo justificanda.*

74. Lustratio, *quæ jure Territorii & Regalium fit, ab ea, quæ Jure privato fit, multum distat: Quod & procedit in Collectis, num. 76.*

75. Actus *præsumitur gestus secundùm illam potestatem, quam quis habere potuit.*

77. Observantia *declarat, ad quid teneantur Subditi: & num. 78.*

79. Subditus *extra territorium Dominum sequi non tenetur: Præjudicium Camerale, numero 80.*

81. Vasallus *extra territorium servire non tenetur.*

82. *Frustra* precibus *impetratur, quod Jure communi conceditur.*

83. Vasalli *ratione feudi ad militarem sequelam obligantur, sed Subditi inviti cogi nequeunt ad viritim comitandum Dominum in militiam, num. 84. vel ad custodiendum castrum, num. 85. vel ad capiendum malefactorem, num. 86. Contrarium verius & juri Divino, num. 92. Canonico, 93. Recessibus Imperii, 94. Civili, num. 95. convenientius: & num. 103. & 112.*

87. *Ob* præstationem tributorum *Dominus tenetur defendere Subditos ab incursu hostili: Vide tamen num. 113.*

88. Collectæ *an hodie in locum* der Folg und Reise *successerint? Præjudicium Camerale, num. 89.*

90. Nemo *duplici onere gravandus.*

96. Sequelæ Jus *Superioritati & Regalibus annexum est: & num. 97. 98. Præjudicia Cameræ, num. 99. 100. 101.*

102. Princeps *in casu extremæ necessitatis Subditos ad sequelam & defensionem patriæ cogere potest.*

105. Comites W. *sunt in possessione vel quasi indeterminatæ sequelæ & evocandi cives C. & num. 106.*

107. Subditi *arctiùs Domino, quàm Vasalli adstringuntur.*

108. Pacifragorum persecutio *extra territorium fieri potest.*

109. *Per* civilem & urbanam impetrationem. *nemo in Jure suo sibi præjudicat.*

Unter allen oberzehlten Mitteln / will ſich / meines Erachtens / in den Landen keines beſſer practiciren laſſen / als daß vielermeldte Vorſteher und Hauptleute / im Fall verſpührter Verweigerung und Widerſpenſtigkeit der Eximenten / ſo viel Früchte und Nutzungen an Getreidig / Korn oder andern Gefällen von ihren Gütern/ als die Steuren pro Rota & Quota jederzeit austragen/ proportionabiliter hinweg nehmen uñ zu Geld machen / und darvon die Gebührniß berechnen und erſtatten laſſen: Ex doctrina Caſtrenſis *in l. inter debitorem. ff. de pact.* Et ante eum hoc voluit Bald. *in l. etiam. col. pen. verſ. ſed tu dices C. de execut. rei judic.* 468

469 *judic.* Generalis (*inquit*) consuetudo servat, quòd, ubi quis possidet, ibi & Collectam patiatur non præcisè sed causativè: Quia si non solvit, non ponitur in carcerem, sed aufertur ei res, seu rei fructus Sequitur Natt. *cons.389. n.6.* Hipp. Riminald. *cons.10. n.22. lib.1.* Hieron. Magonius *Decis. Florent.66. n.12.* Gail. *d. observ.52. n.22.*

470 Welches factum denn für keine verbottene Pfändung gehalten werden kan. Frider. Mindan. *lib. 1. de proces. Cameral. cap.36. n.13.* Petr. Denais *de jure Camerali. tit. Mandata super Constit. pignorat. n.25.* Confert eodem, quod scribit, Gail *lib. de pignorat. c.15. n.12. & 13.*

Und obwol allhie eingewendet werden könte / daß etliche der Eximenten / insonderheit die so in den Städten wohnen / ihre Aecker selbst nicht besämen oder beweiden / sondern andern Kötnern und Leuten im Lande verheuern; so ist doch solcher Gegenwurff nicht der Importanz, daß dardurch die Herren Vorsteher deß Landes
471 von ihrem proposito zu dimoviren wären. Nam, cùm Collecta sit onus fructuum, & ratione possessionis & perceptionis fructuum expediatur potissimùm, consequens est, illud ad Locatores pertinere, atque ita per ablationem fructuum iisdem nullũ præjudicium inferri. Rol. à Valle *cons.79. n.6. & 15. vol.4.* Natta *cons.36.* Cacheran. *decis.83. n.6.* Vinc.
472 de Franchis *decis.107. n.1.* Imò conductor solvens Collectas pro locatore repetit ab eo, prolixè Vincent. Caroc. *tract. de locat. p. 2. tit. de Collect.* & Jason. *cons.109. in fin. lib.1.*

Wird also der scopulus, oder das am Fürstlichen Hof erregtes Disputat / ob res tertia & innocens gepfändet / und deßhalben restitutio & paritio aufzuerlegen sey / gäntzlich evitirt.

473 Jedoch muß hierbey ein gutes Aufmercken gefast werden / daß den ungehorsamen und widertwertigen possessoribus bonorum mehr nichts abgenommen oder abgetrungen werde / als den Vorstehern zu Erlangung ihrer Quoten und schuldiger Gebührniß vonnöhten ist. Qua ratione Mandata aulica effugere possunt: cùm illa fructuum ablatio pro pignoratione vel turbatione non habeatur. Deputation-Abschied de Anno 1600. §. Wenn zwischen zweyen Partheyen / &c. Denais *d. loco n.35.* Frider. *d. loco n.13.* Bidembach. *d. quæst. 19. num. 6.*

Weil auch jetztangedeuter Gerichtszwang und Execution der Vorsteher und Hauptleute dem rechten und altem Herkommen allerdings gemäß / so wird solches billig für bündig und genehm gehalten. Cùm jux-
474 ta Petr. Gregorium Tholosanum *lib.32. Syntagm. juris universi. cap.10. in fin.* tota Jurisdictionum criminalium & civilium causarum distinctio, & magistratuum, ab ordine & distributione, quam Principes constituerunt, & à receptis Consuetudinibus pendeat: ut ad horum probationes, & quo jure utantur municipes, omninò recurrendum
475 sit. Unde pro Regula observandum, usum & consuetudinem, das Herkommen / was nemlich jeder für Actus exercirt / circa Jurisdictionalia inprimis spectandam, adeoque juri scripto omninò præferendam esse. Bidembach. *quæst. 7. num. 5.*

Und was also bishero ausgeführet und geschlossen / das achte ich den Rechten und Billichkeit gemäß zu seyn / jedoch männiglichen mehrergründetem Rechtlichen Ausschlag in alle Weg ohne Vorgreiffen. Actum den 8. Martii Anno 1625.

Caspar is Klockl.

CONSILIUM VIGESIMUM NONUM.

In Causa Landaw Contra Pfaltz.

Vom Wildbahn / kleinem Weidwerck und Jagens-Gerechtigkeit / Vogelfang / Fischen / Judenschuld / Bastartsgesellẽ / Wildfang / Leibeigenschafft / und darauf prætendirtem Haupt-Recht und Jurisdiction / Gülden-Zoll / Wochenmärckten / Aufnehmen der Pfältzischen Leibeigenen und andern Gerechtigkeiten.

EPITOME.

I. AN Jurisdictio Cameræ fundata?
II. Quæ actio intentata?
III. An actio instituta cum suis necessariis requisitis probata?
IV. **Von Churfürstlicher Wildbahn / und derselben Titul und Ankunfft.**
V. De possessione venandi feras terrestres.
VI. An Palatinus sit in universali possessione omnium locorum districtus Landavienſium?
VII. **Von kleinem Weidwerck.**
VIII. An Serenissimus Comes Palatinus sit solus in venandi, an verò in convenandi, possessione?
IX. An Serenis. Elector Palatinus sit in possessione Landavienſibus venationem cum bombardis interdicendi?
X. De JURE AUCUPII Electoris Palatini in districtu Civitatis Imperialis Landavienſis: & primò de Titulo.
XI. De possessione Aucupii.
XII. De JURE PISCANDI Serenissimo Comiti Palatino in rivo seu flumine **Queich** / etiam quà per territorium Landavienſe fluit, competente: & primò de Titulo.
XIII. De possessione piscandi Serenis. Comitis Palatini.
XIV. An Actio & Serenissimi Electoris Intentio ratione venationis ex parte Landavienſium elisa sit? & primò de Titulo.
XV. Subnectitur Refutatio argumentorum pro fundando jure S. C. Palatini adductorum.
XVI. De Landavienſium, & primò quidem universali omnium locorum sui districtus venandi possessione.
XVII. Confutatio pro Serenissimi Comitis Palatini universali omnium locorum districtus Landavienſium possessione inductorum argumentorum.
XVIII. An Landavienſes sint in possessione tàm majores, quàm minores feras venandi?
XIX. Responsio ad argumenta, quæ pro universali Domini Electoris omnium tàm majorum quàm minorũ ferarum venandi quasi possessione adducta sunt.
XX. Refutatio argumentorum pro asserendo solido Serenissimi Comitis Palatini in Lan-

davienſium territorio Jure venandi inductorum.

XXI. An Landavienſes ſint in ejusmodi legitima quaſi poſſeſſione conſtituti, ut etiam feras minores bombardis trajicere poſſint?

XXII. Confutatio contrariorum pro S. C. Palatino adductorum argumentorum.

XXIII. De Jure AUCUPII Landavienſium in ſuo territorio; & primò de Titulo.

XXIV. De poſſeſſione Aucupii.

XXV. Confutatio contrariorum S. C. Palatini argumentorum.

XXVI. De jure piſcandi **in der Queichbach**; & primò de titulo.

XXVII. De Landavienſium poſſeſſione piſcandi.

XXVIII. Reſponſio ad argumenta contraria; & primò pro S. C. Palatini titulo allegata.

XXIX. Confutatio aſſertæ S. C. Palatini poſſeſſionis.

XXX. **Von Churfürſtlicher Pfaltz im Landawiſchen** Territorio prætendir**tem Haupt-Recht/ Juden-Schuld und andern Gerechtigkeiten.**

XXXI. An actio probata?

XXXII. An eliſa?

XXXIII. Confutatio argumentorum pro aſſerendo prætenſo S. C. Palatini jure adductorum.

XXXIV. **Vom Gülden-Zoll:** Et an Intentio Palatini in hoc puncto fundata?

XXXV. An eliſa?

XXXVI. **Von dem Wochenmarckt.**

XXXVII. **Vom Aufnehmen der Pfaltz Leibeigneu zu Bürgern.**

SUMMARIA.

1. Pignorationis *proceſſus bipartitus eſt.*

2. Conſtitutio pignorationis *fundat immediatè Jurisdictionem Cameræ.*

3. Legitimationis *defectus à judice ex officio ſuppletur.*

4. Actio *intentata cogноſcitur ex concluſione libelli.*

5. *In* proceſſu pignorationis *an pignorans vel pignoratus pro Actore habendus?*

6. Actor *eſt, qui primus ad judicium provocavit; & num. 7. 8. Cui ſtylus Cameræ ſuffragatur, num. 9. 10. Contrarium aſſeritur, num. 12. & ſeqq. & inprimis, num. 23. 24. 25. 26. 27.*

11. Argumentum *ab appellatione ſeu nomine deſumptum efficax eſt.*

13. *Reſpectu fori competentiæ* origo *ſpectanda eſt.*

14. *In* pignorationis judicio *pignorantis proprium eſt jus pignorandi deducere ac probare.*

15. Actore *non probante Reus abſolvitur, etiamſi nihil præſtiterit, & num. 16. 17.*

18. Cauſales *producens pro Actore habetur.*

19. Exceptio rei *eſt actionis ab actore inſtitutæ excluſio.*

20. Excludi *nox poteſt, quod nunquam fuit.*

21. Pignoratio *eſt quædam diffamatio.*

22. Diffamator *an actoris loco habeatur?*

28. *An* petitorium *in hac cauſa intentatum? Neg. hoc & num. 29. 30. 31. 32. Pro affirmativa concluditur, num. 33. 34. & ſeqq.*

35. Clauſulæ, *peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari, effectus.*

36. Dominii & tituli allegatio *& probatio eſt pertinens in judicio retinendæ poſſeſſionis.*

37. Requiſita *Interdicti, uti poſſidetis.*

38. Poſſeſſoria judicia, *in quibus agitur de Regalibus & Jurisdictionalibus, titulum ejusq; juſtificationem requirunt.*

39. Poſſeſſionis *negatio per ſe eſt turbatio.*

40. Turbatio *quomodo probetur?*

41. Inveſtitura Imperatoris *juſtus Regalia poſſidendi titulus.*

42. Imperator *fons & ſcaturigo omnium Regalium & Jurisdictionis.*

43. Res & perſonæ *in territorio ſitæ præſumuntur ejus eſſe, cujus eſt territorium: & num. 44. & 758.*

45. Caſtro *conceſſo Jurisdictio cohæret.*

46. Territorium *eſt de Eſſe ordinariæ univerſalis Jurisdictionis.*

47. Jurisdictio *Domino inter Vaſallos competit mediante lege & conſuetudine.*

48. Imperator *ratione Superioritatis & Regalium quoad omnes Imperii Civitates, Caſtra & loca intentionem fundatam habet; & n. 49.*

50. Regi Franciæ *libera ubivis venandi poteſtas, non attento, cujus titulus, vel Provincia ſit.*

51. Vicarius *eâdem, quâ ipſe Princeps, fulget authoritate; & num. 52.*

53. Recognitio & confeſſio *probat Superioritatem ejus eſſe, qui pro ſuperiore recognoſcitur: & nocet tam confitenti, quàm ejus hæredibus; imò & ſingulari ſucceſſori, num. 54.*

55. Jus appellationum *devolvendarum & recipiendarum ſuperioritatis teſſera eſt; & numero 56. 57. 58. declaratur & reſtringitur, num. 316. 317. 318. 319.*

59. Jurisdictio Foreſtalis (Wildfuhr) *Domino territorii competit.*

60. Venatio *ſervitus jurisdictionalis & fructus Jurisdictionis eſt; & n. 62.*

61. Foreſta & Merum Imperium *ſive alta Jurisdictio inſeparabilia connexa ſunt.*

63. Jus venandi *hodiè ſolis Dominis Territorium habentibus competit.*

64 Conſuetudo *in materia Jurisdictionis & Regalium legitimum titulum tribuit, & origo, forma ac principium omnis Jurisdictionis eſt, n. 65. 66. 67. & 68.*

69. *Uſus Juris cum ſcientia & patientia adverſarii in incorporalibus pro titulo habetur.*

70. Tolerantia *inducit conſenſum; & numero 71.*

72. Wildbahn/Zoll/Gleit *individua connexa ſunt, quorum idem judicium, eademq; determinatio, num. 73. 74. Contrarium aſſeritur, num. 356. 357. 358.*

75. Jurisdictio, Regales dignitates, *earundemq; jura individua ſunt, & partitionem reſpuunt.*

76. Poſſeſſio immemorialis *vim tituli & privilegii habet: Et eſt legitimus Regalia acquirendi modus, num 77. & 414.*

78. Teſtes *deponentes de immemoriali præſcriptione, cujus ætatis eſſe debeant, & n. 79.*

80. Teſtis *quot annorum eſſe debeat, ut ſit doli capax.*

81. De-

81. Defectus Intentionis *agentium vel juris tertii an & quando opponi possit? & num. 82. 83.*

84. *Exceptâ* Româ *nulla* Civitas *dignitatis gradui annumeratur, sed omnes privatorum loco sunt, num. 85. & impropriè Respublicæ appellantur, num. 86.*

87. Habitus dignitatis Regalis *requiritur ad hoc, ut quis capax Regalium sit: & n. 88. 89.*

90. Exceptio inhabilitatis personæ *excludit agentem possessorio; & n. 91. 92. 93.*

94. Jus venandi *non transit in investitum de castro cum territorio, nisi specialiter actum fuerit.*

95. Negativa *probatur ex productione instrumenti, & lectione actorum, num. 96.*

97. *Quæ invicem non* uniuntur, *nec Jura nec Privilegia sibi invicem communicant.*

98. Separatorum *separata est ratio.*

99. Concessio *facta ratione certæ rei non extenditur ad alias res oculo distinctas.*

100. Castrum Comitatui unitum *an legibus Comitatus regatur? & num. 101.*

102. Venatio *in classem Regalium refertur: & num. 103. 104. Contrarium, & quòd inter proprietatis & dominicalia jura referatur, statuitur num. 372. 373. 374.*

105. Inferiores *& privati Regalium incapaces; & num. 106.*

107. Rusticis *venari non licet, dempto apro, urso, lupo; ne ab agricultura avocentur, n. 108.*

109. Actus seu usus *& exercitium possessionem concludenter arguunt: & numero 110. 111. 112. 113. licèt saltem gesti sint ab Officialibus, numero 114.*

115. Saltuariorum & custodum appositio *probat possessionem ejus esse, qui eosdem constituit: Limitatur, num. 476. & seqq.*

116. Jura incorporalia, *meræ facultatis & negativa non acquiruntur, nisi præcedente prohibitione, cui homines acquieverint: Nec præcisè requiritur appellatio, n. 117. ut censet Surdus, cujus sententia refutatur infrà, num. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. vide etiam n. 154. 155.*

118. Venationis prohibitio *sine contradictione constituit prohibentem in quasi possessione venandi.*

119. Pignoratio *probat possessionem ejus, qui pignorat; & est species interruptionis, num. 120. & 202.*

121. Jurisdictionis possessio *ejus est, qui delinquentibus mulctam aliámve pœnam irrogavit.*

123. Longa patientia *in juribus incorporalibus idem operatur, quod immissio in possessionem in rebus corporalibus: & num. 125. 126. 127.*

128. Traditio *est vacuæ possessionis datio.*

129. Fuga, terror & metus *confirmat ejus possessionem, cujus gratiâ quis aufugit; & num. 130. 131. 132.*

133. Possessionem *perdit, qui repulsum se iri suspicatur, & num. 134.*

135. Possessio Jurisdictionis *probatur ex captura delinquentium, sententiis condemnatoriis & absolutoriis.*

136. *Ejus est ulcisci injuriam, cujus offensa est* Jurisdictio.

137. Argumentum *ab effectu ad causam procedit.*

138. Veniam *qui petit, delictum, vel jus sibi ita non fuisse agere aut venari fatetur: & n. 139.*

140. *Ex* petita absolutione excommunicationis *confessio ejusdem inducitur.*

141. Feræ *captæ Venationis fructus sunt.*

142. Perceptio fructuum *jurisdictionalium possessionem Jurisdictionis probat.*

143. Urphedarum *præstatio probat possessionem ejus esse, qui urphedam exigit.*

144. Captura bestiarum, *earumq;* restitutio *probat ejus esse possessionem, cui captæ feræ restituuntur.*

145. *Nulla rei propriæ est* donatio.

146. Licentia *sive facultas agendi probat possessionem & dominium ejus, qui facultatem concedit; & num. 147.*

148. Testis *in præjudicium producentis plenè probat: & num. 149. 150. 151. Maximè, quando dictum publicatum producitur, nec probatur, n. 152. 153.*

156. Subrogatum *sapit naturam subrogati: & num. 296. Fallentias & Limitationes hujus Regulæ vid. infrà, num. 600. & seqq. & num. 960.*

157. Possessio bonorum vel Jurium Ecclesiæ, *absq; corporali apprehensione, ipso jure transit ad successorem.*

158. Majus & minus *non constituunt specificam differentiam.*

159. Feræ majores & minores *sub uno genere comprehenduntur.*

160. Possessio *apprehensa in uno capitulo Jurisdictionis, in omnibus aliis apprehensa intelligitur: & num. 161. 162. 163.*

164. Venatio *majorum ferarum Regalibus accensetur.*

165. Cui licet *quod plus est, ei etiam licet, quod minus est.*

166. Argumentum *à minori ad majus validissimum est in jure.*

167. *An* Elector Palatinus *sit solus in venandi, vel convenandi possessione?*

168. Tacita murmuratio *imbecillium inducit in usurpatore violentam possessionem: Quod pluribus illustratur, n. 344. & 505.*

169. Venatio *debet esse tranquilla & pacifica, ut Subditis prosit: & n. 170.*

171. Duo in solidum *possidere non possunt: Ratio, n. 172. Ampliatur, n. 173. 174. Limitatur & restringitur, n. 694. & seqq.*

175. *Cui aliquid concessum est, ea etiam concessa videntur, sine quibus idipsum expediri nequit.*

176. Jus Foresti *qui habet, simul quoque Jus edicti prohibitorii habere censetur.*

177. *An* Jurisdictio *privilegio, investiturâ vel præscriptione cumulativè vel privativè acquisita intelligatur? & num. 178. 179.*

180. *Frustra* precibus *impetratur, quod à lege vel jure communi conceditur; & quod quis jure habet, num. 750.*

181. Verba *sine virtute operandi esse non debent, & num. 182.*

183. Exercitium *cum bombardis & similibus instrumentis feras venandi prohiberi potest, & ejus rei ratio.*

184. *Præscribens* jus piscandi *certis instrumentis, non potest deinde aliis: Declaratur, num. 740.*

185. Jus aucupandi *inter Regalia refertur.*

186. Bona *præsumuntur illius Castri, cui magis sunt propinqua.*

187. Ex Aucupii exercitio *ejusdem juris possessio concludenter probatur.*

188. Actus unicus *tàm ad acquirendam, quàm conservandam universalis juris incorporalis possessionem sufficit: & num. 189. 190. 191.*

192. Acquiſitio juris *alicujus frequentiâ actum, vel conſuetudine, vel præſcriptione conſtans, ſtrictè accipitur, in actibus nimirum exercitis.*

193. Prohibitio *etiam* extrajudicialis *ſufficit ad effectum acquirendi poſſeſſionem, ſi ei ſit paritum, & non contradictum: & num. 194. 195.*

196. Venandi & piſcandi jus *parificantur à jure.*

197. Piſcationes *in flumine publico videntur eſſe de Reſervatis Principis, & de Regalibus: nec veniunt in generali Caſtri conceſſione, n. 198.*

199. Jus piſcandi *habens alterum eodem jure uti prohibere poteſt.*

200. Præſcriptâ *à quopiam* piſcatione *in flumine publico, non licet aliis ibidem piſcari: Quæ præſcriptio per prohibitionem inducitur, numero 201.*

203. Precariò poſſidens *poſſidere non cenſetur, ſed poſſeſſio apud eum, qui conceſſit, remanet; & n. 204. 205. 208. 209.*

206. Precarium *ſimile eſt commodato.*

207. Commodatarius *non poſſidet.*

210. *Ex* duobus contrariis *ſi probatur unum adeſſe, oportet alterum abeſſe.*

211. Poſſeſſionem *qui non habet, non poteſt petere manutentionem.*

212. Signum *cui competit, eidem & res ſignata competit, & num. 213. & 248.*

214. Univerſitati *non acquiritur poſſeſſio per ſingulares actus hominum de univerſitate non ſiabentium mandatum, & n. 215. 216. Exemplificatur in jure piſcandi, n. 217. Limitatur infrà, num. 822. 823. 824. 825.*

218. *Per* actus clandeſtinos *non queritur poſſeſſio.*

219. *Per alium quis aliquid conſequitur, quod per ſe conſequi non poteſt.*

220. Civitates Imperiales *in ſuo diſtrictu & territorio Jura Principis & Regalia habent; & n. 221. 222. 223.*

224. Guicciardini *locus.*

225. *In* generali Regalium conceſſione *cenſentur translata omnia & ſingula, quæ concedens habuit, & Regalia dicuntur; & num. 226. 227. 228. 229.*

230. Omne *qui dicit, nihil excludit.*

231. *In generali conceſſione* Jus venandi *translatum intelligitur.*

232. Caſtro *à Principe ſimpliciter conceſſo, non factâ mentione pertinentiarum, nihilominus* pertinentiæ *translatæ cenſentur.*

233. Venatio *fructus agri eſt: & num. 270.*

234. Venatio *in dubio magis prædio, quàm Juriſdictioni adhærere exiſtimatur.*

235. Expreſſi *major virtus, quàm taciti.*

236. Exemptio *confirmat regulam in caſibus non exceptis; & num. 237.*

238. Pignus *in rebus alienis efficaciter non conſtituitur.*

239. Inſpectio ocularis *probationum regina.*

240. Inveſtitus de Principatu *jura Principis & Regalia univerſaliter conſequitur; & num. 241.*

242. Jus Foreſtæ & venandi *an comprehendatur ſub Juriſdictione? & num. 243. 244.*

245. Venatio *ſervitus juriſdictionalis eſt.*

246. Jus Foreſtæ & merum imperium *ſunt inſeparabilia connexa.*

247. Venationes *non ampliùs communes ſunt, ſed patientiâ ſubditorum privatæ effectæ pro Principum oblectamento.*

248. Venatio ferarum *Jure Gentium & Civili tam in ſuo, quàm alieno fundo permiſſa.*

249. Jus venandi *ad ſervitutes prædiales, & res ſolo cohærentes quidam referunt.*

250. Servitutes prædiales *non remotis, ſed vicinis præſtantur prædiis.*

251. Calliſtrati reſponſum *in l. Divus Pius ff. de ſervit. non tantùm de aucupio, ſed & qualibet ferarum venatione intelligendum; & num. 252. 253. 254.*

255. Princeps *concedendo Caſtrum cum pertinentiis & juribus omnibus videtur inveſtire de jure alteri dato vel conceſſo: Quod in terminis ad jus venandi extenditur, num. 256.*

257. Conceſſio Regis Franciæ *ſuper venatione ferarum facta non eſt cum alterius damno aut injuria intelligenda: declaratur n. 277. 278. 279.*

258. Princeps *cenſetur gratiam facere ſine præjudicio tertii.*

259. Clauſula, *ſalvo jure alterius, in Principum conceſſionibus tacitè ſubauditur.*

260. Res inter alios acta *rerum bonorumq; alienorum naturam nihil imminuit.*

261. Territorii præſumptio *ceſſat, ſi caſtra Juriſdictionem ſeparatam per ſe exerceant; & num. 262. 263. 264. 265.*

266. Paria *ſunt, exemptum, vel extra territorium eſſe.*

267. Argumentum ab extremis *deductum datâ inſtantiâ corruit, & exemplo diverſo allegato tollitur generalis illationis neceſſitas, n. 268. 269. & 324. 325.*

271. Reſervata *ſine Majeſtatis diminutione concedi nequeunt.*

272. Regalia *formata & abdicationem recipientia quoad Principem inveſtientem cumulativè translata cenſentur.*

273. Venationes *hodiè in Inveſtituris Principibus & Nobilioribus Vaſallis pro beneficio concedi ſolent: & num. 274. 275.*

276. Subrogato *jus ampliùs non competit, ac is haberet, in cujus vicem ſuccedit.*

280. Principes, Comites, Barones, &c. *olim in Imperio Romano nudi fuerunt Officiarii, regimini temporaneè præpoſiti; idq; ante Carolum Magnum.*

281. Principum poteſtas *quieſcit Imperatore præſente: Quod & Juri Saxonico congruit, n. 282. Haud ſecus, ac ſplendor Lunæ Sole exoriente evaneſcit, num. 283.*

284. Imperator *pro libitu Juriſdictionem revocare, Duces, Comitesq;, ut Papa Cardinales, deponere poteſt; adeò, ut ita depoſiti pro titulo ſuorum officiorum Interdicto uti poſſidetis experiri nequeant, num. 285.*

286. *Longè alia* Jurisdictionis, Juriumque Superioritatis *hodiè inducta eſt ratio, quâ Imperium ejusq; jura ſciſſa ſunt.*

287. Juriſdictiones *hodiè non ſunt manuales ſeu revocabiles, & Principes idem poſſunt in ſuis territoriis, quod Imperator in Imperio, num. 288. nec inferiorum juriſdictio quieſcit, licèt præſens eſſet Imperator, num. 289. Idem in Civitatibus Imperialibus obtinet, num. 290. 291.*

292. Vicariatus *Electoris Palatini officium quibus ſeptis & metis contineatur: & num. 295. 298. 299. 300.*

293. In certum tempus aut caſum collata *non verificantur ante tempus vel caſum exiſtentem.*

294. Limitata ad certum tempus, *illud non egre-*

egrediuntur, nec ad aliud tempus extenduntur.

297. Vicarius *non exercet plenitudinem potestatis & alia Imperatori Reservata.*

301. Verba enunciativa *an, & quando probent? & num. 302. 303.*

304. *Multi* Comites & Nobiles *Principi alicui in personalibus, vel etiam certorum bonorũ ratione in realibus subjecti sunt, & tamen alia bona ab ejusdem subjectione libera & immunia possident.*

305. Contraria *non sunt, aliquem esse in libertate respectu unius, & in servitute quoad alium.*

306. Probatio *debet esse concludens: & n. 738.*

307. Recognitio *justâ & habili causâ destituta nihil juris tribuit.*

308. Recognitio *ut aliquid operetur, quæ requirantur?*

309. Schirmhaber *protectionis indicina est, & protegendi libertatem, privilegia & jura confirmat.*

310. Schutzgeld *loco mercedis pro defensione annuatim soluta non arguit Jurisdictionem & Jus Superioritatis.*

311. Recognitio sive confessio erronea *non præjudicat recognoscenti.*

312. Confessio patris, *quantumvis expressa, filio non præjudicat; & num. 313.*

314. Testis unicus *& singularis sine congrua concludendi & necessaria ratione quid deponens nil probat; & ne quidem præsumptionem aut indicium facit, num. 315.*

320. Jurisdictione *is uti non censetur, qui non gerit actus coactionem importantes.*

321. Teste *concludentem dicti rationem non reddente, testimonium ipsius vacillat.*

322. Testis *deponens sine ratione, deponit ut pecus.*

323. Testibus illiteratis *& imperitis de Jurisdictione & Imperio deponentibus fides nulla adhibetur.*

326. Consuetudo *ad loca separata, & de loco ad locum non extenditur: & num. 327. 328. 329. 340.*

341. Servitus *juri naturali & libertati adversatur.*

342. Scientia & patientia *pro titulo non habetur, ubi jus commune resistit, & agitur de magno præjudicio; vel si contraria præsumptio consensum excluderet, num. 343. 344.*

345. Taciturnitas inferiorum *non habetur pro consensu, cùm præsumantur tacere propter metum & reverentiam.*

346. Argumentum *vitiosum sit, si fundatur in iis, quæ maximè controversa adhuc sunt; & numero 347. 348. 349. 350.*

351. Zoll und Gleit *non inferunt concludenter superioritatem in alieno territorio: Exempla inducuntur, num. 352.*

353. Regalia *apud quempiam esse possunt citra præjudicium universalis Jurisdictionis.*

354. Regalibus *quibusdam præscriptis, Jus Superioritatis non censetur præscriptum.*

355. *Tantum præscriptum, quantum possessum: & num. 606. 884.*

359. Testes *in probando continuatæ Jurisdictionis exercitio tanto tempore, cujus initii memoria non exstat, quomodo deponere debeant.*

360. Possessio immemorialis *ex omni parte sibi constare debet, ita, ut non existet memoria contrarii actus.*

361. Venationem prohibenti *semper obest mala fides; & n. 362.*

363. *Detecto* vitioso possessionis initio, *vel tituli invaliditate, evanescit jus immemorialis possessionis.*

364. *In iis, quæ sunt* meræ facultatis, *tempus immemoriale tituli vim non habet, nisi simul* prohibitionem *intervenisse ostendatur.*

365. *Ex cursu* temporis immemorialis *nec* titulus, *nec* prohibitio *præsumitur; & num. 366.*

367. Tempus immemoriale *ob vitium impressionis non excusat possidentem.*

368. *In* judiciis summariis *non admittuntur* Exceptiones altiorem indaginem desiderantes.

369. Exceptionis probatio *in continenti non oblata possessorium Retinendæ non remoratur; & num. 370. 371.*

375. Regalia Territorii & Superioritatis *Jura possunt præscribi: & num. 376.*

377. Incapaci *non prodest ulla præscriptio, cùm semper sit in mala fide; & n. 378.*

379. Gleit *in Aurea Bulla Car. IV. Civitati Moguntiæ attribuitur.*

380. Civitatum *Regalibus utentium potestatem in dubium vocare, est* revangare *mundum; & num. 381. 382.*

383. Civitates *quòd loco privatorum habeantur, id de municipalibus, non verò civitatibus liberis immediatè Imperio subjectis exaudiendum est: & num. 393. 394.*

384. Civitates Imperiales *antiquam Romanæ libertatis indolem retinuerunt; & cum Rebuspublicis Italicis meritò comparantur, num. 385. 386.*

387. Regalia *quoque sine regali dignitate in castro exerceri possunt.*

388. Nobiles *regali dignitate non sunt insigniti, & tamen Regalium capaces sunt: & num. 389.*

390. Liberæ Germaniæ Civitates *ob recognitionem, quam præstant Imperatori, non debent deterioris conditionis esse Civitatibus Italiæ; cùm illa recognitio non alteret vel immutet habilitatem personæ possidentis; & n. 391. 393. 394. 395.*

396. *Ex eo tempore, quo* Imperii jura scissa, *etiam* Jura Regalia & Territoria *ad Civitates devoluta sunt; & num. 401.*

397. Civitates Imperiales *an cum cæteris Statibus ad Comitia vocentur, ac sessionem votumq; in Conventibus Imperii habeant? & num. 398.*

399. Andreæ Knichen *Civitatibus ex eo, quòd Status Imperii sunt, nihil præterquam capacitatem sive habilitatem Regalia possidendi tribuentis opinio exploditur; & n. 402.*

400. Imperium *hodiè tam Monarchiam, quàm Aristocratiam repræsentat.*

403. Titulus *etiam putativus & inutilis ad tuendam possessionem prodest; & num. 404. quod quomodo procedat, vide num. 405.*

406. Bona fides *ex injustis causis & errore Juris causata ad præscriptionem sufficit; & n. 407.*

408. Titulũ *nullum producere melius est, quàm vitiosum exhibere: declaratur num. 409. 410.*

411. Specialem concessionem *vel* titulum *non est necesse ostendere, ubi Jus vel libertas naturalis possidenti suffragatur; & num. 412.*

413. Castro *ab Imperatore cum universitate quadam honorem districtumq; designante concesso accedunt etiam Regalia, & similia specialem concessionem poscentia.*

415. Unio *ubi fit per modum subjectionis, unitum assumit naturam illius superioris, cui unitur.*

416. *Ex* libertate naturali *cuilibet permittitur ferarum* venatio.

417. Conſuetudo *Juri communi contraria eſt ſtricti Juris, nec de loco ad locum porrigitur; & num. 418.*

419. *Conſuetudo ab allegante probanda eſt; nec creditur Dd. de univerſali conſuetudine atteſtantibus, num. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426.*

427. *Genuinus & verus intellectus Conſtitutionis Friderici* in §. nemo retia. de pac. tenend. *& n. 428. 429.*

430. Ruſtici *alicujus villæ ſi longo tempore Jus venandi exercuerint, ex hoc ſolo uſu ſe deinceps tueri poſſunt; & num. 431.*

432. Res *quælibet facillimè ad primævam naturam redit.*

433. Totum *de omnibus ſuis prædicatur partibus.*

434. *Ex* finibus *arguuntur* media; *& media adſciſcunt naturam extremorum, n. 435.*

436. Superioritas *ejus loci in medio eſſe cenſetur, cujus eſt Juriſdictio circumjacentium locorum.*

437. *Per* exercitium juris *alicujus* incorporalis *uno territorii loco factum conſervatur poſſeſſio quoad cætera loca ejusdem territorii; & numero 438.*

439. Teſtis *uni magis, quàm alteri parti benivolus ſuſpectus & inidoneus judicatur; & n. 440. 441.*

442. Uſus *ipſius rei, qui cauſatur à ſcientia & patientia, eſt ſubjectum quaſi poſſeſſionis jurium incorporalium.*

443. Petitorium *regulariter poſſeſſorium abſorbet.*

444. Officialium ſcientia & patientia *ſufficit ad præſcribendum jura incorporalia contra Principem ſeu Dominum.*

445. Venatio *non eſt jus diſcontinuum.*

446. Servitutes *vel* jura diſcontinua *ſine titulo 30. vel 40. annis, cum titulo verò per decennium præſcribuntur: & num. 447. 448.*

449. Juriſdictio *contra inferiorem ab Imperatore ſpacio longi temporis, cum titulo tamen & bona fide præſcribi poteſt.*

450. Bona fides *ex juſto titulo præſumitur.*

451. Mala fides *curriculo 30. annorum purgatur, & in bonam fidem transmutatur.*

452. Teſtis, *cujus dictum neceſſariò non concludit, nihil probat; & num. 453.*

454. *Teſtis de auditu nullam fidem facit; & n. 455. 456. 457.*

458. Indicia & conjecturæ *an admittantur in cauſa finium.*

459. Teſti *deponenti ſuper proprio facto, ex quo eidem laus & vituperium adſcribi poteſt, non creditur; & n. 460. 461.*

462. Adminiſtrator vel negotiorum geſtor *non poteſt eſſe teſtis pro ſuo principali circa negotia, quæ gerit; & n. 463.*

464. Per ſimplicem venationem *non acquiritur jus venandi.*

465. Hagen/ Jagen und Bereiten / *an & quam poſſeſſionem tribuant?*

466. Patientia *non extenditur ultra actum, in quo præſtita eſt patientia.*

469. *A* ſeparatis *malè infertur; & n. 708.*

470. Provincia *quælibet abundat in ſuo ſenſu.*

471. Poſſeſſio & ſervitus *non extenduntur de una re ad aliam in ſeparabilibus.*

472. Teſtibus in ſpecie deponentibus *magis creditur, quàm pluribus teſtibus in genere atteſtantibus.*

473. Res inter alios actæ *tertio non præjudicant; & num. 814.*

474. *Alteri per alterum non debet* iniqua conditio *inferri.*

475. Scriptura privata *contra tertium non probat: & num. 893.*

476. Saltuariorum conſtitutio *non ſemper arguit jus venandi.*

477. Saltuarii *ſeu* Forſter *non venationi, ſed ſylvis & nemoribus potiſſimùm præficiuntur.*

478. *Qui* venationi *præponuntur*, Jäger *appellantur.*

479. Cuſtodum appoſitio *non ſemper Superioritatem vel Jus venandi arguit, ſed ſæpe ad Dominum proprietatis pertinet.*

480. Jus venandi & ſaltuarios conſtituendi, *ſive ſylvam cingendi* (Hagen) *diverſa & ſeparata jura ſunt: Præjudicium Cameræ hanc in rem, n. 481.*

482. Jagthabern *ſive* avena ſaltualis *ejus eſt, qui jus Foreſti habet.*

483. Vitioſa *cenſetur* poſſeſſio, *quæ naturali vel juri communi adverſatur.*

484. Conſuetudo *contra jus naturale non valet.*

485. Poſſeſſio vitioſa *non eſt manutenibilis.*

486. Conſuetudo & Statutum *improbatur, quo venandi facultate cuipiam in ſuo interdicitur: & num. 487. 488. 489. 490.*

491. Antecedente *ſublato tollitur & conſequens.*

492. Venationem *à Principibus & Superioribus prohiberi poſſe complures inſignis authoritatis & notæ JCti profitentur: & n. 493. 494.*

495. Vitioſa eſt collectio: *hoc eſt jure naturæ permiſſum, ergo humana lege prohiberi non poteſt.*

496. Piſcandi jus *poteſt Princeps alicui ſoli in aliquo ſinu maris concedere, & alios quoscunq; ibi piſcari prohibere: vide tamen num. 783. 784. 785.*

497. In juribus meræ facultatis *per ſimplicem & nudam prohibitionem non acquiritur poſſeſſio, niſi prohibitorum inſecuta ſit obedientia, patientia & aſſenſus.*

506. Pignorationes, arreſtationes, mulctationes, &c. *quando legitimè fiant: & quando præſumatur interveniſſe extorſio, violentia, &c. n. 507. & in terminis uſurpatæ venationis, n. 508. 509. & in exactionibus Luctuoſarum, num. 510. vide quoque num. 738.*

511. Prohibitioni *non acquieſcens non perdit poſſeſſionem ſuam, & num. 691.*

512. Actus mulctationis, pignorationis *& ſimiles ad eos ſaltem reſtringendi ſunt, cum quibus geſti ſunt, neque ad perniciem aliorum trahendi: & num. 513. 514. 515.*

516. Præſuppoſito *falſo omnia ſuper eo fundata corruunt: & num. 517.*

518. Patientia *in corporalibus pro traditione non habetur, quando inferior vel imbecillior aliquis patitur aliquid in rem ſuam committi: Quo caſu* imbecillioris taciturnitas *& patientia potentiori nec in poſſeſſorio, nec petitorio quicquam proficit: & num. 962. & paſſim.*

519. *Abſurdum videtur, ex* patientia ſingulorum *Jus Univerſitatis lædi: & num. 520.*

521. Patientiâ totius populi *non interveniente, poſſeſſio aliqua contra Univerſitatem non datur: & num. 522.*

523. Actus

523. Actus *præsumitur sponte gestus, non metu.*

524. Testibus *duobus de metu deponentibus magis creditur, quàm decem deponentibus de libera voluntate: Restringitur & limitatur, n. 525. 526. 527.*

528. Testes *non specificè deponentes de tempore, quo factum contingit, non probant; & n. 529. 530.*

531. *An, & quando ex* fuga *vel* metu *amittatur possessio? & num. 533. 534. 535.*

532. Possessio *sine animo non amittitur.*

536. Actus *lite jam motâ gesti non prosunt ad victoriam in possessorio judicio reportandam; & n. 537. & 787.*

538. Judex loci delicti *Forensem in suo territorio delinquentem punire potest.*

539. Probatio dubia *& ambigua contra probantem interpretanda est.*

540. Actus particularium *de Universitate non præjudicant toti Universitati.*

541. Ex testium dictis *ea est sumenda interpretatio, ut contrarietas evitetur.*

542. Testium distinguentium *potior præ aliis habenda est ratio.*

543. Locus *spectatur, ubi cœpit Venator, non finis, ubi fera capta est: Illustratur, num. 544.*

545. *Inter* Saltuarios & Venatores *consuetudine receptum est, ut liceat* feram vulneratam, welche schweist / *fugientem extra proprium Venationis saltum vel sylvam 24. horis* persequi, *& in alieno saltu capere, vulgò* nachfolgen / nacheilen oder nachsetzen; *& n. 546.*

547. *Contra receptum morem* attentatæ usurpationes *legitimorum actuum possessorium nomen non merentur, nec ad acquisitionem possessionis proficiunt, num. 548.*

549. Veniam *petens non semper fatetur se culpabilem; & n. 550.*

551. Actus Venationis, *meræ facultatis, non servitutis jure facti præsumuntur.*

552. Ex actibus merè voluntariis *non acquiritur jus vel possessio; & n. 554. 555. 556. 557. 558.*

553. Possessio *intelligitur de vera & actuali possessione.*

559. Voluntas permittentium *non operatur ultra eorum intentionem.*

560. Familiaritatis jure *aliquid in dubio creditur potiùs toleratum, quàm ut juris sui renunciatio inducatur.*

561. Actus *familiaritatis, non jure proprio, gestus censetur: & num. 563.*

562. Primogenitus *permittens exerceri Jurisdictionem non sibi præjudicat.*

564. Præscribens *jus aliquod incorporale probare debet, se illo usum fuisse jure servitutis, non amicitiæ vel familiaritatis.*

565. *Quæ* Jure familiaritatis *tolerantur, neque agenti jus vel possessionem, neque patienti ullum præjudicium afferunt; & num. 567. Idem obtinet in actibus ratione vicinitatis toleratis. num. 566. & 595.*

568. Præsumptio familiaritatis *cessat, quando quis animum possidendi verbis vel facto declaravit.*

569. Jure familiaritatis possidens *contra socium seu compossessorem non attentat, cùm par in parem non habeat Imperium.*

570. Condominus *non potest condominum delinquentem punire.*

571. Possidere *non præsumitur jure familiaritatis sed jure proprio is, qui habet titulum.*

572. Actus *in dubio non præsumitur gratiosus: Præjudicium Cameræ, num. 573.*

574. *Jure communi cuivis in fundo alieno* venari *licet.*

575. Possessio immemorialis *præsumptam familiaritatis possessionem excludit.*

576. Usurpatio juris venandi *quando in legitimam possessionem convertatur.*

577. Subditi *tenentur appellare* à prohibitione venationis, *aliàs sibi præjudicant; & n. 578.*

579. Prohibitus *si per longum tempus acquieverit prohibitioni, prohibens in possessione constituitur.*

580. *Quicquid* rei satis demonstratæ *additur, frustra est.*

581. Majus & minus *non constituunt differentiam.*

582. *De* minimo & maximo *idem jus statuitur.*

583. Venatione *concessâ, tam majores, quàm minores feras venari licet: Idem in jure piscandi obtinet, num. 584.*

585. *Per* exercitium unius actus *acquiritur & conservatur possessio juris universi.*

586. *Per* actum singularem *retinetur possessio totius in universo.*

587. Possessio *retinetur in omnibus actibus unius speciei, exercendo unum actum.*

588. Possessio *retineri potest solo animo, licèt nullus actus interveneri; & n. 589. 590. 591.*

592. Jura & privilegia *in libera voluntate faciendi consistentia per non usum non amittuntur: & num. 593. 594.*

596. *Aliud est* jus prohibendi, *aliud* excludendi: *& num. 720.*

597. Successor *non est melioris conditionis, quàm author illius.*

598. Possessio *absque nova apprehensione in hæredem non continuatur.*

599. Possessio *non potest retineri vel manuteneri, quæ nunquam agenti acquisita fuit.*

600. Subrogatus *frustra sibi arrogat privilegium ejus, cui subrogatus est, quando hic esse penitus desierit.*

601. Mutatione personæ *mutatur privilegium.*

602. Subrogatum *quando sapiat naturam ejus, cui subrogatum est; & n. 603. 605. & 926.*

604. Depositum *non sapit naturam mutui, si in ejus locum subrogetur.*

607. Servitutes *stricti juris sunt, nec de casu ad casum extenduntur.*

608. Extensio possessionis *de una specie ferarum ad aliam fieri non debet: & n. 609. in materia venationis.*

610. Venatio *altioris notæ sub generali concessione* der Jagtbarkeit *non continetur.*

611. Argumentum *à majori ad minus quando procedat; & n. 612. 613.*

614. Commune & liberum *omnibus esse dicitur, quod certè cuidam populo usu tenus commune est: & n. 615.*

616. Venatio *non uti res communis, sed uti publica, est censenda.*

617. Veneti *Maris Adriatici, Genuenses Ligitici, & Galli Narbonensis dominium & usum sibi appropriarunt.*

618. Possessio jurium incorporalium *in actu & exercitio consistit: Et per non fieri acquiritur prohibenti, n. 619. 620.*

621. Possessio civilis *animo continuata amittitur*

tur ex negligentia decem annorum ſpacio; & n. 635. 636.

622. Negativa jura, *privilegiáve nunquam præſcribuntur, niſi evenerit occaſio utendi jure: Exornatur & ampliatur in jure Collectandi, ibidem.*

623. Servitus *non utendo perditur, non autem Libertas jure gentium conceſſa.*

624. Libertas *non utendo amittitur, ſi ea fuerit interpellata: & n. 625. 626.*

627. Venatio majorum ferarum *inter Regalia, minorum verò inter Jurisdictionalia ſimplicia vulgò refertur.*

628. A poſſeſſione *unius juris minoris ad majus argui non poteſt.*

629. Argumentum à Jurisdictione *ad modicam coërcitionem non rectè ducitur.*

630. Poſſeſſio *jurium ſub una ſpecie contentorum non extenditur ad ea, quæ majora ſunt uſurpatis.*

631. Ab uno gradu Jurisdictionis *ad alterum non infertur, ſi alius ſit in poſſeſſione.*

632. Sententia, *lata ſuper poſſeſſorio aliquorum Regalium, tunc proficit ad poſſeſſionem aliorum Regalium, quando non conſtat, hæc ab alio interim poſſeſſa eſſe.*

633. Agrum *totum non poſſidet, cujus partem alius poſſidet.*

634. Acceſſoria *non poſſunt ex cauſa præſcriptionis rei principalis vindicari, ſi alius interea illa quæſiiſſet.*

637. Per actus *animo ſibi poſſidendi, non familiaritatis gratiâ factos acquiritur plena poſſeſſio & dominium.*

638. Teſti *ſuper negativa deponenti creditur, cùm dicit; Non poterat fieri, quin ipſe vidiſſem, &c.*

639. Teſtimonium de auditu *quam probationem faciat? & n. 640. 659. 660. 661.*

641. Atteſtatio negativa *quandoq; habet implicitam affirmativam.*

642. Argumentum *à contrario ſenſu valet.*

643. Ex privatis diſpoſitionibus *non reſultat habitus.*

644. Negativa oratio *non continet affirmativam; & n. 645. 646.*

647. Ambiguum, *vel indeterminatum & generale* teſtis dictum *non probat: & n. 648. 649. 650. 651.*

652. Teſtium *indiſcretæ & non expreſſo certo tempore emiſſæ depoſitiones nihil probant: Maximè, quando tempus eſt de ſubſtantia negotii vel actus probandi, n. 653. & 964.*

654. Teſtis *in genere deponentis dictum declarandum eſt alterius ſpecialiter deponentis dicto: & n. 655. 656. 657. 658.*

662. Teſtium de auditu *atteſtatio fragilis, ſuſpecta & proſternibilis dicitur.*

663. Teſtibus *indiſtinctè deponentibus quando credatur?*

664. Teſtium *dicta diſtinctione temporis & per ſubauditos intellectus ſupplenda & concordanda ſunt; & n. 665.*

666. Teſtes *plures contradicentes paucioribus præferuntur, & hi pro perjuris & falſis habentur & puniuntur.*

667. Falſus in uno, *in cæteris etiam falſum dixiſſe præſumitur.*

668. Teſtis inimicus *nullam fidem facit.*

669. Teſtes *adducti ad probandam poſſeſſionem certi temporis, ſi unius deponat, de poſſeſſione novem annorum, & alter de poſſeſſione decem, vel longiori tempore, erunt concordes in poſſeſſione novem annorum.*

670. Teſtis *non judicare, ſed ſimpliciter factum narrare debet.*

671. Teſtis *affectionẽ habens ad cauſam omninò repellitur.*

672. Poſſeſſio *non acquiritur adverſario contradicente.*

673. Poſſeſſio *pacifica & quieta eſſe debet.*

674. *Per* ſimplicem Venationem *in alieno fundo factam non inducitur ſervitus vel poſſeſſio venandi; & n. 675.*

676. Teſtibus *pro libertate deponentibus major fides adhibenda eſt, quàm aliis ſervitutem in alieno aſſerentibus: Vide etiam ſub n. 913. & 917.*

677. Teſtibus *veriſimiliora deponentibus magis creditur: & n. 678. 679. 680. 681.*

682. Jus prohibendi *differt à jure poſſidendi: & n. 683. & 710. 711.*

684. Conceſſo jure venandi, *an conceſſum quoque videatur jus prohibendi alios venari? Neg. Et ampliatur, n. 685. vide quoque n. 705.*

686. Negativa *ut probetur per teſtes, neceſſe eſt, quòd teſtes removeant actum à ſenſu.*

689. Teſtis, *dicens aliquem ſolum poſſediſſe, non probat.*

690. Præſcriptio in juribus negativis *non incipit currere, niſi poſt prohibitionem, & patientiam prohibitorum; adeo, ut ſi prohibiti in exercitio ſuæ juris pergant, non ſolùm non amittant poſſeſſionem, ſed etiam fortiùs confirment, n. 691. & 751.*

692. Poſſeſſionem antiquiorem *in Interdicto Retinendæ qui probat, obtinere debet, quia poſſeſſio junior clandeſtina & vitioſa præſumitur: & n. 751. Limitatur & declaratur infrà, n. 873.*

693. Præſuppoſitum *ubi deficit, ibi nec diſpoſitũ datur: & n. 918.*

694. Duo inſolidum *unam rem poſſidere poſſunt in rebus incorporalibus, & jurisdictionalibus, ſervitutibus, &c. & n. 695. 697.*

696. Jurisdictio *cumulativè alicui conceſſa, is eam inſolidum non minùs, ac ipſe concedens poſſidet, ita ut præventio locum habeat. Vide tamen n. 717.*

698. Jus venandi *juribus incorporalibus accenſetur; & à duobus inſolidum exerceri poteſt, ac ſi uterque collitigator id probet pro utroq; judicatur, n. 699. 700. 701. 702. Præjudicia Cameræ Imp. ad hanc rem, n. 703. 704.*

706. Jurisdictione *præſcriptâ non eſt præſcripta poteſtas coërcendi, & n. 707.*

709. *An quis*, venandi jure *ex præſcriptione quæſito, alios punire poſſit, qui ipſi impedimento ſunt?*

712. Socius *rerum communium uſu ſocium prohibere nequit: & n. 713. 714.*

715. Aſinus *intumeſcit, ubi videt ſe apprehendi à pari.*

716. Condominus *an condominum poſſit punire?*

718. Præſcriptio & Privilegia *ſecundùm ſubſecutam poſſeſſionem & obſervantiam ſunt interpretanda.*

719. Privilegium & præſcriptio *ſtricti juris ſunt, nec extenduntur ad ſpecialiter non poſſeſſa.*

721. Iniquiſſimum *eſt alicui auferre, quod uſus ei non abſtulit; & num. 969.*

722. Inveſtitura Principis *eſt relativa & limitata ad ipſum territorium conceſſum, non autem ſe extendit ad territorium alienum; & n. 723.*

724. Ex-

724. Exceptio præscriptionis *vel privilegii in possessorio opponi non potest; & num. 725. & 916. 968.*

726. Possessio juris incorporalis *de modo ad modum extendi potest: & n. 727. 728.*

729. Venatione *Subditis jactu lapilli vel baculi permissa, etiam per tormenta manuaria permissa censetur, & n. 730.*

731. Depopulatio ferarum *an, & quando justa causa sit prohibendi venationes? & numero 732.*

733. Facere, *quod placet, in re cuiquam licet, etiamsi vicinus damno afficiatur, dummodò id principaliter non fiat animo nocendi.*

734. Testes *non probant, quando ipsimet sunt turbatores, & liti moræ ansam præbuerunt.*

735. Saltuarii, *Custodes q; sylvarum, agrorum, &c. plerumq; sunt viles personæ, quarum assertioni non creditur.*

736. *Ad inducendam quasi* possessionem libertatis *quæ requirantur.*

738. Probatio *per necesse concludere debet.*

739. Actus *possessionem probantes debent esse clari, simplices, non æquivoci.*

741. Servitutes *odiosæ sunt, ideoq; non extendendæ.*

742. Libertas *favorabilis, & conservationis causa potior est, quàm acquisitionis.*

743. Contractus *ex conventione legem accipiunt.*

744. Limitata Concessio *limitatum producit effectum.*

745. Aucupatio *juri Territorii cohæret.*

746. Aucupium *non minùs, ac ipse aër, quo aves vehuntur, cuilibet liberum est.*

747. Testium *numerus supplet defectum, etiam quod testes sint de Universitate.*

749. Testes *de aliquo Collegio pro suo collegio testes esse non prohibentur.*

752. Actum *improbare non censetur, qui ejus damnat excessum seu qualitatem.*

753. Pœna ordinaria homicidii *quando non habet locum, succedit arbitraria, quæ resolvitur in relegationem vel exilium, secundùm qualitatem delicti vel personæ.*

754. Pignorum Captiones violentæ *non sunt actus possessorii, nec probant pignoranti possessionem: & num. 755.*

756. Prohibens *non acquirit possessionem, nisi ipsius prohibitioni paritum fuerit; & numero 815.*

757. Castro vel Territorio *concesso simul flumina & piscationes concessa censentur.*

759. Flumina *publica Cæsaris & illorum sunt, per quorum territorium decurrunt: & num. 761. 762.*

760. Territorium *unum & idem est, quod eminet super aquas, & immergitur aquis.*

763. Fluminis *cursum pro arbitrio in aliam partem deflectere, & alibi ejus alveum constituere est signum, ejus esse flumen, qui id faciendi jus habet.*

764. Weisthum / *& similes recognitiones probant, dominium ejus esse, qui recognoscitur: Præjudicium Camerale, num. 765.*

766. In flumine publico *cuilibet piscari permissum est.*

767. Usus fluminis *publicus est, & cuilibet ex populo permittitur: & num. 768.*

769. Transactio *justus possidendi titulus est: & n. 770. 771. 772. 773. & 804. 805.*

774. Res *quælibet præsumitur mansisse in jure & libertate sua naturali, nisi contraria qualitas probetur: & n. 775.*

776. Per actus & usum piscandi *possessio juris piscandi probatur.*

777. Possessor *quò antiquior, eò justior.*

778. Ex productione scripturæ *vel instrumenti juvare se potest adversarius, cùm producens omnia contenta in eo dicatur approbare.*

779. In judicio Retinendæ *vincit, qui suum jus & dominium in continenti docet.*

780. Jus piscandi *an inter Regalia referatur? & n. 781. 782.*

788. Possessio attentata *revocanda est.*

789. Transactio *omne jus præcedens, si quod fuit, exstinguit: Ampliatur, num. 790.*

791. Exceptio Transactionis *est litis finitæ.*

792. Precariò possidens *contra Dominum non est manutenendus.*

793. Precarium *non transit ad hæredem.*

794. Naturâ & substantialibus contractûs *deficientibus, removetur quoq; contractus.*

795. Subjectum *tale censetur, quale ejusdem prædicata id esse permittunt.*

796. Qualitate *adjectâ cognoscitur, quid actum sit.*

797. Accidentia *plurimùm conferunt ad cognoscendum, quod quid sit.*

798. Differentia *inter transactionem & precarium; & n. 799. 800. & 804. 805.*

801. Proœmium *causam finalem, & mentem disponentis demonstrat.*

802. Causa finalis *infirmat contractum, & quid actum sit, ostendit.*

803. *Transactio quid?*

806. Argumentum *bonùm non est, si ex una tantùm contractus vocula, cui reliqua contractus verba repugnant, deducatur.*

807. Substantia *potiùs ipsius actus & contractus spectanda est, quàm verborum conceptio: & n. 808. 809. 810.*

811. Concessiones gratiosæ *factæ non subditis non possunt revocari.*

812. *A* separatis & dissimiliubs *non fit illatio.*

813. Testibus *non exprimentibus certos terminos & confines designatos non creditur de rebus gestis in regione aliqua.*

815. Prohibitio vel pignoratio *non officit possessioni, quando prohibitus vel pignoratus jus suum actibus continuatis ulteriùs exercet.*

816. Contrariorum *uno posito, removetur alterum.*

817. Wildfuhr und freye Pürsch *an sint contraria?*

818. Quilibet *rerum suarum moderator & arbiter est: & n. 819.*

820. Argumentum à signis *non semper designat tale quid esse.*

821. Actus *non exequenti, sed ordinanti tribuitur.*

822. Cives particulares *jure civitatis, ut communi, non proprio usi præsumuntur; & numero 823.*

824. Patientia Universitatis *habetur loco mandati.*

825. Ex actibus particularium *continuatis præsumitur ratihabitio Communitatis.*

826. Venandi actus *vix clam expediri potest.*

827. Datâ paritate probationum *in dubio pronunciandum pro Domino Territorii, vel pro Dominis prædiorum; & n. 828.*

829. Juris

829. Juris communis aſſiſtentia *quid operetur in poſſeſſorio & petitorio.*

830. Teſtimonia forenſium *minùs ſuſpecta ſunt, & præferuntur in judicio poſſeſſorio.*

831. Teſtes extranei *magis probant in cauſa Univerſitatis, quàm illius homines.*

832. Teſtium Univerſitatis *defectus ſuppletur ex aliis teſtibus fide dignis.*

833. Pro affirmativa *is deponit, qui libertatem prædiorum aſſerit.*

